





**OBSERVATIONES  
CIRCA  
MORBOS  
MYLIERVM,**

DEERAVATIONS

C F R I C A

M O D B O S

M U L T E R V A M

# OBSERVATIONES

Circa

## MORBOS MULIERVM

*Conscriptæ & in lucem dataæ*

A

JOANNE BAPTISTA

G O S S I A K

Philosophiæ, & Medicinæ

Doctor

C A R N I O L O  
R V DOLPHS BERTENSE



PATAVII, MDCLXII.

---

Ex Typographia Cribelliana.  
Superiorum Facultate.

*Ex Lib: Joann: Pynatlj:  
Laaris 682.*

OBSERVATIONES

CITRUS

MURICULATUM

DE AGRICULTURA

ET MEDICINA

A. VITIS EUROPAE

23743

P1960/114

Reuerendiss. & Ampliss. D.D.  
**IOANNI ANDREÆ**

**A**

**S T E M B E R G**

S. C. M. Consiliario Inferioris

**C A R N I O L I A E**

**A R C H I D I A C O N O**

**P R O T O N O T A R I O**

Apostol. ac colleg. Ecclesiæ

Rudolphbertensis

**P R Æ P O S I T O M E R I T I S S.**

D.D. & Patrono gratiofiss.

*Nec non*

Admodum Reuerendis Præ-  
nobilibus, & Doctissimis

**D.D. C A N O N I C I S**

salutem, & felicita-  
tem.

**N**ON mirare Illustriſſi-  
me, & Reuerendiffi-  
me j

me D.D. PRÆPOSITE,  
quod TIBI, TVISQVE  
libellum meum, iam toti Se-  
renissimo CARNIOLIÆ  
Ducatu dedicatum, dedi-  
cem; licet enim & TV tan-  
quam præcipuum, & summis  
officijis eiusdem Serenissimi  
Ducatus MEMBRVM di-  
gnissimum fueris compre-  
hensus, attamen TVA sin-  
gularis in me, meo sique bene-  
volentia, & mea in TE de-  
bita obseruantia voluit, ut  
TIBI eundem expresso cala-  
mo consignarem. Suscipe  
igitur, & paruulum opu-  
sculum meum MAXIMA  
TVi (quâ apud omnes pol-  
les) autoritate tueare.

VOS.

VOSQUE Admodum  
Reuerendi, Prænobiles &  
Doctissimi D.D. CANO-  
NICI aquo animo su-  
scipite. TVE im-  
primis. Spectabilis, &  
summà reuerentia VIR  
dignissime MATTIA  
CASTELLEZ foliæ  
hec non deditare; Et si  
impar beneficiorum in me  
collatorum sit ista retria-  
butio animum TVI æter-  
num obseruandissimum am-  
plexere. Valete VIRE  
MAXIMI, & cum  
Illustrissimo, & Reueren-  
dissimo PRÆPOSITO  
VESTRO. Vrbi. Rudol-  
phsberensi, Patriæ meæ

dis

dilectissima nunquam defi-  
cite.

Patauū die II. Iunū 1662.

Illustrissimæ, & Reuerendiss.  
Dominationis Vestrę

Obseruandiss. Seruus

Ioaannes Bapt. Goffiak  
Phil. & Med. Doct.

# AD LECTOREM

**B**enevolo Lector conscripsit  
præceteris ea, quæ obser-  
vauit circa morbos mulierum ut  
de una, eademque tractarem  
materia, singulari enim mor-  
borum serie se impeti infelix  
mulier indies illachrymatur.  
Hæc itaque boni consule per-  
pauca licet, & imperfecta,  
tempus enim excollere & per-  
polire non sinebat vale, & faue.

## Aliud ad Lectorem.

**N**on tibi propono Lector dignis-  
simam lectu,  
**E**tas non potuit talia ferre  
mibi.  
**A**st tibi conatus fortasse labor.  
que placebit,  
**T**entavi iuuenis, quod renue-  
re senes.

ILLVSTRI, ET EXCELL.<sup>220</sup>

VIRO

IOANNI BAPT.  
GOSSIAK  
Philosopho, & Medico.

**Q**uam bona decerpis mala  
dum mulierbia scribis,  
magne Vir, & magnis con-  
numerande Viris.

Ingenium subtile tibi, mens al-  
ta repandis.

Intima naturæ, fæmineum-  
que genus.

O mulier lxtare malis obnoxia  
tantis,

Iam non omne malum cre-  
scet in omne malum.

Cecinit

E. M. P. & M. D.

---

## PROEMIUM.



Irandum Na-  
turę opus mu-  
lierem, gene-  
rationis passi-  
ū Exordiū;

Luminare minus humani  
Microcosmi : formositate  
vultus , ac totius corporis  
venustate verum humanæ  
speciei Prototypon ! Ete-  
nim eousque in admira-  
tionem sui Sapientum at-  
traxit animos , vt vnuſ ex  
cæteris Aristoteles sum-  
ma fortassis inter subluna-  
ria pulchritudine motus

A quin-

quinto de Gen. animal. Mon-  
strum , continuò vocita-  
uerit ; Naturam enim in  
efformatione eius , vel suę  
imbecilitatis fuisse im-  
memorem , vel supra vi-  
res operatam credidit .  
Portentum equidem suis  
fœmina viribus . Quid  
enim tentauit vnquam ,  
quod non in opus rede-  
git ? quos labores subiuit ,  
& non sustinuit ? Quip-  
pe tot , tantisque mune-  
re generationis defatiga-  
tur laboribus , vt sensus  
expertem , & inde *Muli-*  
*latum animal Secundò de*  
*gen. Animal. cap. 30.* Idem  
Philosophus pronuncia-  
uerit :

uerit: Immò præter inex-  
plicabilem partus difficul-  
tatem , & morbos , ac  
symptomata utriusque sex-  
ui communia , permultis  
etiam alijs , sibique pro-  
prijs quotidie miserrimè  
configitur: de quibus pau-  
ca , vt ingeniolum meum ,  
& obseruatio assidua oc-  
casione practicandi in Pa-  
tauina Vibe dictauit , pro-  
ponam.

## DE PASSIONIBVS MATRICIS.

**M**EMBRA propagationi  
dicata Sapida Natura  
in foemellis , eadem esse voluit ,  
ac in masculis ; situ fermè eo-  
dem

4

dem inter sterCUS nempe, &  
vrinam , forma verum tamen  
varia , ac conuersa , vt locus  
corresponderet locato , vt ex  
**A**spexia, Anathomica mihi li-  
cuit comperire.

**H**æc autem membra Ana-  
thomici omnes in quatuor  
præcipuas partes distinxere ,  
In pudenda nempe. Ceruicem  
vteri , ipsumque vterum , ac  
testes suis cum vasis spermati-  
cis .

Pudendum , siue muliebris  
vteri collum unde quaque mu-  
nitur . Primò rimis . Secundò  
labijs . Tertiò Alis . Quartò  
clitoride . Quintò foramine  
vesicæ . Sextò carunculis mirti-  
formibus . Septimò Hymene .  
qui raro admodum inueni-  
tur .

Vterus in duas Segregatur  
pars

partes principales; In pudendum nempe, seu ceruicem uteri, & ipsum uterum.

Testes fabrefacti sunt intra corpus foemellarum, & supra matricis conuexum collocati, unus à dextris, alter vero à sinistris, minores n. hilominus, frigidioresque testibus masculorum, quibus inseruntur spermatica vasa, quorum unum trahit ortum suum à vena Hili prope renem dextrum, & terminat ad testiculum sinistrum. Alterum vero principium dicit ab emulgente vena prope sinistrum renem, infigiturque postea in dextrum.

Ceruix sive pudendum uteri, sicuti munitur ab allatis, ita oppugnatur à consequentibus Tetigine nempe. Cauda. Angustia. Pustulis. Condyloma-

tibus, hemorrhoydibus, & viceribus omnibus.

Vterus oppugnatur. Intemperiebus. Inflammationibus. Sciorrho. Hydropoe. Procidentia. Vulneribus, & Viceribus, præter symptomata, quæ vel sunt omnibus mulieribus communia, vel minimè coniugatis, vel conjugatis magis propria.

Symptomata cōmunia sunt imbecillitas vteri. Dolor. Mensium suppressio. Stillicidium. Fluxus nimius. Difficultas. Decoloratio. Inordinatus fluxus. Fluor muliebris. Gonorrhea, vtraque.

Symptomata mulierū extra coniugiū sunt Virgineus morbus. Suffocatio vteri. Furor vterinus, & melancholia mulierū.

Symptomata propria coniugatis

iugatis occurrentia respiciunt conceptionem, grauiditatem, & partum.

Symptomata circa conceptionem contingentia sunt. Sterilitas, & Mola matricis.

Symptomata circa gestationem vteri in triplici sunt discrimine, alia eveniunt in primis mensibus, ut Spasmus sursum. Sciaticus dolor. Cibi fastidium. Pica. Nausea, & Vomitus. Tormina, & dolores ventris. Alui fluxus. Dolor dentium. Capitis dolor, ac Vertigo.

Alia succedunt in medijs gestationis mensibus, ut Tussis. Palpitatio cordis. & Lypotimia. Lumborum dolor. Nec non coxendicum. Hemorrhagia vteri. Narium & Hemorhoidum.

Alia in ultimis mensibus contingunt, & Primo quidem vrinæ suppressio. Secundo alii durities. Tertio tumor, & inflatio venarum ; vel in cruribus ; vel in oxis. Quarto cutis abdominis fissuræ . Quinto aquæ effusio contentæ inter membranas fœtum inuestientes.

Symptomata circa partum : Primum est intempestivus sanguinis ante partum fluxus . Secundum abortus . Tertium partus non naturaliter procedens . Quartum aquarum tarditas . Quintum aquarum nimis citus prolapsus . Sextum dolores colici . Septimum virium imbecilias ex partu . Octauum secundinarum, siue lochiorum tarditas . Nonum dolores post partum . Decimum

mum nimius sanguinis fluxus à partu . Vndecimum purgatio imminuta . Duodecimum Febris .

Hæ sunt angustiæ in dies diuexantes infœlices mulieres , quibus ut auxilium pœltem aliqua quæ mihi se se obtulerunt tabulis sequentibus ad memoriam depingo .





# OBSERVATIONES Circa Morbos Mulierum.

*De Hysterica passione.*

1661. Mense Aprilis.



Bſeruant præ-  
ſtantissimam  
Puerā tem-  
peramētical.

et humidī à femine an-  
norum 20. per ruites bis  
symptomatibus , non in  
syndrome collectis , sol-

lita-

licitatam : primò spontanea totius corporis laßtudine , imbecillitate crurum , pallore faciei , tristique aspectu , nausea cum ventris rugitu , & murmure ; mox quandoquè leui animi defectio- ne , pulsus paululum immutacione , frigiditate extremerum partium , mærore , & timore cum quadam gulæ suffocatio- ne , ac respirationis interceptione : quandoque etiam furore cum garru-

12 Observatio[n]es  
litate, iracundia corripie-  
bat; mox cum deſſipien-  
tia, ac ferè attonita ſi-  
ne ſenſu, imminuta re-  
ſpiratione mortuæ non  
diſſimilis iacebat.

Ex his depræhendit Vir pre-  
clarus Proffessor in Praxi Ex-  
cellentissimus Virginem hanc  
Non ab Epilepsia detineri,   
quia in iſta motus conuulſiui  
ſunt vniuersaliores; nulla poſt  
paroxiſmum memoria illo-  
rum, quæ circa iſpos accide-  
re, pulſus eſt maior, quam  
antea, ſpuma circa os flu-  
guat. Nec ab Appoplexia,  
quia in iſta accessio eſt ſubita-  
nea, ſtertor in respirando ſin-  
gula-

gulariter affligit, & si pungantur, minimè sentiunt. Neque præterea à syncope simpliciter, quia in ista pulsus ad sensum cessat, sudores frigidi fluunt, & cito euaneſcunt. Verum ab hysterica passione quia sensim, & sensim præcedente laſſitudine proſternebatur, non conuellebatur uniuersaliter, per horas, & diem ſuf- focata iacebat, fœtidis nari- bus admotis reducebatur. Verùm enim vero cum hyste- rica paſſio ſit virium omnium lapsus ob carentiam afluxus spirituum vitalium; demon- ſtrabat Vir Excellentissimus in præſenti non fuiffe denega- tum ſpiritu mitem ob de- fectum materiæ; quia patiens erat ſanguinea. Nec ob de- bilitatem caloris; quia viri- bus

14 *Observationes*

bus constabat. Neque ob euauationem ; quia nulla præcessit. Minus ab ingenti calore , aut dolore , quia nulla inflammatio , nullaquè febris adfuit , siquè à recensitis causis processisset , syncopes fuisset simpliciter ; Verum ob suffocationem spiritus , calorisque vitalis , à vaporibus beneficis , peculiari frigiditate donatis ab utero eleuatis , non solum ob menstrua suppressa , verum etiam ob seminis putrescentis retentionem .

Et quidem ob menstrua , quia in præsenti per tres menses fuere suppressa , inde corrupta , eaque antea heterogenea , & melancholica ab obstetricie conspecta ; Et etiam semine ; quia symptomata altius insciuebant , *corruptio enim*

*Circa Morbos Mul.* 15  
*enim optimi pessima ex Philo-*  
*sopho, atque declinante paro-*  
*xyfmo humor semini similis.*  
*è locis muliebribus effluxit.*

Circa hæc vir celeberribus  
me notare voluit, quod iste  
vapor malignus è sem. sang.  
menstruo in testibus, veltu-  
ba hærentibus sæpiissimè oria-  
tur, & quod tuba, & testes,  
cum hi sint penduli, illa leuis,  
& flatu tensibili sæpè sursum  
ascendant, & præterea ascen-  
dente habeantur; qui tamen  
firmiter est ligatus, quod &  
Riolanus obseruauit, cum di-  
cit: *quod corpus sæpiissime*  
*ascendens male præterea ha-*  
*beatur.* Verum dato, quod  
uterus sursum eleuari, atque  
superius hærere non possit; il-  
lum tamen moueri motu con-  
vulsio, atque hinc inde irri-  
tatum.

## 16 *Observationes*

tatum agitari, non est, quod prohibet, cum sensibilis valde, & neruosa sit substantia, quod & ego cum Excellentiss.  
**VIRO OCTAVIO BERSELLI**  
Eximio Philosopho, & Medico Patauij priuatim Praecep-  
tore meo laudatissimo in  
quadam hysterica puella de-  
prehendi.

Indicationes fuere biparti-  
tæ: aliae enim in paroxysmo;  
aliae extra acceptionem locum  
obtinuerunt; vnde & curatio  
fuit bipartita.

In paroxysmo fuerunt indi-  
cationes depromptæ à causâ  
immediata: quæ fuerunt ex-  
citandi, reuellendi, & discu-  
tiendi per interna & exter-  
na.

Extra vero paroxysmum  
fuerunt evacuandi, menses  
cien-

ciendi , vterum roborandi &  
utique per interna, & externa:  
Quos scopos sperabat attin-  
gere , quum duobus ab hinc  
annis ægra laborare cœpe-  
rat, raro affligebatur, iuuenis  
erat, & robusta patiens, nec  
puerpera à laborioso partu ,  
nec prægnans erat, neque re-  
spiratio multum ledebat , &  
spontaneo sternutamento quā-  
doquè excitabatur ; quod bo-  
num esse cum Hipp. profiteba-  
tur ; qui inquit v. Aphor. 35.  
mulieri , que à matrice mole-  
statur , aut difficulter generan-  
ti sternutatio superueniens bo-  
num.

Curatio tribus perficieba-  
tur : Chirurgia, Pharmaciæ, &  
Diætæ.

Tempore paroxysmi ex chi-  
rurgia erant in usu ad excitan-  
dum

18 *Observationes*

dum ligaturæ , ac frictiones dolorificæ, pillorum in pudendis velicationes. Ex Pharmacia suffumigia *ex corio anguilæ*, *aßæ fetidæ* , & expertum fuit aliquando *sulphur* ad narres *accensum*.

Ad reuelendum erant ultius accommodatae ligaturæ , & frictiones infernis partibus , cucurbitulæ primò non scarificatæ cum multa flamma , & primo suris , & fœmoribus , mox inguinibus , appositæ ; quibus parùm proficientibus scarificatæ fuerunt applicatae ; Nec his iuuantibus ad sectionem venæ pedis fuit deueniendum ; *iubente Auncenna in fine cap. de cur. suffocationis vteri*. Non enim adeo debilis erat patiens , & sanguis in motu , à circumferentia scili-

et.

cet ad centrum peccare con-  
spiciebatur.

Ex pharmacia clysteres card-  
minatiui , suaueolentia pu-  
dendis intrusa fuere , vt zibe-  
tum , & oleum nucis muscatæ.

Ad discutiendum , & quid-  
dem internè fuit præscrip-  
tum oleum succini albi cum  
castoreo pulu. mox theriaca :  
oximelle scyllitico cum castore  
portiuncula , os fuit illitum .

Externe inungebantur na-  
res , olco maioranæ ; Vmbilicus  
fouebatur emplastro sclareæ  
in butyro coctæ , addito , gumæ  
tacamachæ .

Extra Paroxysmum in vsum  
venerant medicamenta ex ijs-  
dem fontibus , & quidem ex  
Chyrurgia lenita prius aluo ,  
manna mel ros. sol. fuit insti-  
tuta sanguinis missio ex vena

20 *Observationes*

saphena pedis dextri quantitate proportionata ad praegressas euacuationes.

Ex Pharmac. juniores parati decocto *cichorei*, *mellissæ*, *artemisiæ*, *beton.* *capit.* *ven.* *fæniculi*, cum *syr.* de *cichoreo*, *borag.* *artemis.*, educti fuerunt infuso *rhabarb.*, *agar*, *senæ* addita *manna*.

Prætherea *aqua tectuciana* de more cum suo vehiculo *syr.* scilicet *rosar.* *sol.* quandoque *manna* per quinque dies sumebatur.

Denique ad menses cierdos post duos dies medicamenta calybeata & deobstruentia fuerunt exhibita; Et maxime in usum prodiuit *puluis radicis gentianæ*, *salicis*, *artemis.* in decocto *sabin.* *rubiginorum*, & *calaminthæ*; prius

prius tamen deuorata pillula ex aloë lota cum succo fabiae efformata, ad scrupulum vnum.

His præmissis fuit sensibili-  
ter, & insensibiliter uterus  
euacuatus. Et quidem inter-  
nè malignitatem oppugnan-  
tia, roborantia, & calefacien-  
tia fuere administrata. Igi-  
tur fuit præscriptum decoctū  
ligni Indici cum saffras por-  
tuuncula per 30. dies de more  
exhibendum excitando fudo-  
rem. Externè per appre pria-  
ta, ut castoreo, & fomentis ex  
absynthio, sagapeno, ruta, &  
lupinis, agno casto, lactuca,  
calamintha, & periclymenē.  
Materia tandem seminalis in-  
utero retenta, atque corrupta  
educta fuit per clysteres, ac  
pessos uterinos. Semen im-  
mi-

minuebatur primo triplex  
*magna sine opio ad drachmam*  
*vnam; mox pillulis de casto-*  
*re, demum sem. agn. casti,*  
*canabis, paeoniae nigrae pulue-*  
*rizatae in decoctione radicis*  
*graminis.*

His omnibus compar fuit  
*victus ratio; semen generan-*  
*tia, & fuentia vituperaban-*  
*tur; & ad exsiccandum in*  
*usu fuerunt carnes assæ ani-*  
*malium exercitatorum, lac se-*  
*minum canabis & nucleorum*  
*perficorum cum corporis exer-*  
*citatione imperabatur. Tan-*  
*dem statutum fuit pro præ-*  
*stantissimo subleuatmine misel-*  
*lae huic honestæ ex Virginita-*  
*tis disciplina in matrimonij li-*  
*bertatem esse festinandum.*

## DE FLVORE MVLIEBRI.

166 I. Mense Maij.

**O**ferwau i mulierem  
27. annorū temp.  
præbūnidi iam pridem  
fæmellam parturientem,  
quæ quatuor ab hinc an-  
nis per pudenda continuo  
repurgari referebat quan-  
dam materiam albicans-  
tem sine acrimonie, ac ca-  
loris sensu excretam, ne-  
que nimis albam, nec cras-  
sam

*sam, neque longioribus  
intervalis; sed quasi con-  
tinuò in copia fluentem.*

Accersitus Vir in Arte ex-  
mius illicò decreuit hanc mu-  
lierem fluore muliebri tentari;  
Non autem gonorrhœa; quia  
materia fluens fuisset in mino-  
ri quantitate, & continuò sca-  
tens. Nec à menstruis deco-  
loratis; quia rubrum colorem  
in se exhibuerat, & seruasset  
suam periodum; Nec pus ex  
vulneribus uteri exiuit, quia  
materia crassa & cruoreuè perfu-  
sa fuisset, & cum dolore excre-  
ta: Omnia minimè præ-  
ferebat viridem, ac flave-  
scensem colorem, nec cum  
pruritu exhibebat, quia fuisset ga-  
lica gonorrhœa; a qua iure lu-  
cendo

rando affirmabat mulieres fe-  
rè omnes, & præsertim iunio-  
res virò iunctas *descortis enim*  
*quaे angue, & peste peiora*  
loqui est indignum ) hac no-  
stra tempestate vnde quaque  
per Italiam , ac forsan Ger-  
maniam infectas deprehendi.  
Tanta enim Veneris libido ,  
& vitij licentia iuuenum qua-  
si omnium mentes peruertit ,  
& in profundum malignitatis  
sæpè cum vitæ dispendio de-  
mergit ; quam per annos , &  
annos latitantem tandem suis  
coniugibus infœlicissimè com-  
municant . Hinc honestissimæ  
mulieres miserrimam vitam  
degunt in odium virorum ;  
ex hac enim vberrima pan-  
dora morbi ferè omnes , vel  
generantur , vel fouentur cum  
in excogitabili nexu , ita ut

subuertant, & patientes in referendo, & Medicos in cognoscendo causas: Alios enim trahit ad sacram anchoram occultarum qualitatum in Iudibrium Philophiæ: quæ arcana naturæ exprimere cupit; Alios ad hyppochôdriacas passiones in contemptū Medicæ Facultatis, Doni Dei; Alios ad dœmoniacas infestationes, & ad sagarum incantationes in fomentum superstitionis. His nugis delusi patientes sibi meti ipsi mortem inuitant; & ijsdem tenebris Medici obcœcati miseros, vel continuò torqueri sinunt, vel ante tempus vitam cum morte communurare.

Itaque fluore muliebri Patientis tentabatur, quia superfluitates quædam phlegmatice

cæ immoderatè excrenebantur, non aliunde ortæ, quam ob defectum nativi caloris naturalium, & vteri partium; qui defecerat; non ob extincionem, quia vix aliqua signa coctionis apparuissent. Verum ob suffocationem à colluuie excrementitiorum humorum in venoso genere, vijsque inanibus, & occultis, qui à cibis mali succi, & sine ordine sumptis orti calorem natuum obruendo, cruditates augendo; inde iterum debilitando concoctionem, vel immuovere, vel impediuerere: Inde ad venas vteri, vel sponte à natura detrusi, vel etiam catharticis ( quibus nonnunquam patiens utebatur ) provocati in copia deuehebantur.

Et quidem à toto , quia  
in toto corpore signa caco-  
chymiae apparuère , & fluxus  
fuit copiosior : Et etiam ab  
vtero per consensum affecto,  
& continuo fluentium mado-  
re refrigerato .

Addo, quod , & pathema-  
ta animi concurrerint , sæpe  
enim lugebat , tristis , & me-  
lancholica degebat : quibus ,  
quātūm calor viscerum prin-  
cipalium , & etiam vteri dis-  
sipetur , abundè Scriptorum  
omnium paginæ testantur .

Suspicabatur hīc Vir Exi-  
mius errorem forsitan factum  
ab obstetricie , & vterum , vel  
vasa eius quodammodo labefac-  
factata . Cum à primo puer-  
perio nunquam concepisset ,  
& breui post partum interual-  
lo fluxus incœpisset .

A flu-

A fluxu indicabantur reuel-  
lentia; ab intemperie frigida  
vteri, & aliarum partium al-  
terantia, roborantia. Primæ  
indicationi satisfiebat mate-  
riam fluentem toto genere  
præternaturam redundantem  
in corpore reuellendo ad  
alias partes per aliuum scili-  
cet urinam, & sudorem; Se-  
cundæ vterum, aliasque par-  
tes mandantes alterando, &  
roborando siccantibus, & mo-  
dicè calefacentibus.

Curatio fuit festinanda,  
cùm ob immoderatum flu-  
xum plerumque steriles red-  
dantur foeminæ, nisi per vasa  
ceruicis vteri materia euacue-  
tur, quod grauidis quando-  
que solet contingere: Vel in  
atrophiam, tabem, melan-  
choliā, hydropem, vteri

30 Observations  
prolapsus, animi deliquia,  
ac conuulsiones labantur.

In Chirurgia ferè nihil fuit,  
quod proficeret, fugiebat  
enim in primis Venæ Sectio-  
nem monitu Auicennæ *in pri-  
mam sen quarti Can. Cap. de  
Phlebotomia* habentis : quod  
*summopere sit cauendum à dua-  
bus rebus ex phlebotomia, sci-  
licet humorum calidorum ebili-  
zione, & frigidorum incruda-  
tione.* Quare sanguinem in  
hac paciente inquinatum ob-  
incoctiones, & cruditates re-  
frigeratione indigere non exi-  
stimauit. Duo solum fonticu-  
li parabantur: unus in crure; al-  
ter in brachio; hæc enim duo  
reuulsoria erant emissaria: per  
quæ superfluitates, quæ con-  
tinuò in corpore generaban-  
tur, emanarent.

Ex

Ex Pharmacia varia educes-  
bantur præsidia , & primo  
Hydrogoga in forma pota-  
bili , ut *manna* , & *syr. de poli-  
podio compositus* ; inde ad  
præparandos humores , ac su-  
perfluitates gradum fecit , &  
febre non existente , *syrupis*  
*sine dilutò de mentha* , *capil.*  
*ven. de mel. ros.* , *de cichoreo* ,  
*lupul. brag* *de fum. de Arte-*  
*mif.*

Præparati itaque humores ,  
quod semper per hebdoma-  
dam fuit præstitum , expur-  
gati fuere Infus. *Rhabarb.* se-  
*næ cum vnc. ijij. syr. de polipo-  
dio* , & *manna cum granis*  
*magisterij ialappæ* .

Expurgato hac prima vice  
toto corpore per tres dies  
quiete interposita , iterum ad  
præparandos humores transfi-

cum fecit, & quidem ijsdem  
*syr. compositis* addito *oximel-*  
*le scyllitico* in diluto eorum,  
 quæ vim habent attenuandi,  
 incidendi, ac apperiendi,  
 spatio trium dierum; Dein-  
 de *elaterium ad grana cum pil-*  
*lulis Alephanginis* exhibuit.  
 Denuo per tres alios dies  
 sumpsit syrups cum sua de-  
 coctione, inde cum *speciebus*  
*belescoph ad drach. ij.* detur-  
 bati fuere humores, ac super-  
 fluitates.

His peractis duo vicissim  
 remedia erant in promptu  
*Diureticum vnum*; *Diapho-*  
*reticum alterum*. Primum  
 fuit decoctum *radicum fænicu-*  
*li. Agrim., petroselini, Aspa-*  
*ragor., Ruscij contemperatum*  
*seminum frigidorum emulsione,*  
*& guttulis aliquibus olei destil-*  
*lati*

latianisorum , cui præcedebat  
drach. 1. Therebintinæ Cipriæ  
lotæ , non coctæ in aqua endi-  
uiæ , & graminis in bolos reda-  
cta cum liquoritia pul. ad con-  
sistenciam , & aliquibus diebus  
loco Therebintinæ bolos dia-  
cicumæ , & dialacæ admini-  
strabat .

Secundum diaphoreticum  
nempe fuit hyppocausti usus ,  
quo solicitatus fuit sudor ex-  
hibito decocto guaiaci , chi-  
næ , & modico saffrafas præ-  
missis 2. aut 3. cochlearibus  
oximel scyllitici , cum succo de-  
purato membræ , ac cichorei ;  
hæc per aliquot dies cum vietū  
exsiccante : quibus reliquæ hu-  
morum per ambitum corpo-  
ris fuere discussæ .

Denique uterus roboratus  
fuit , & præcipue infessu , &

potissimum ex thermalibus  
aquis nitrofisis , & sulphureis  
naturalibus Apponitanis cum  
cannula foraminibus peruia ,  
vteri ceruici indita , quibus ,  
& sterilitati auxilium præsta-  
re confidebat.

His omnibus accessit victus  
ratio exsiccans cum exercitijs ,  
& motu corporis competenti ,  
& præcipue somnus supinus  
vitari debuit , ne humores ca-  
lore lumborum versus vte-  
rum ferri potuerint .





D E F L V X V  
Menstruorum.

1661. Mense Martij.

**O**bseruauit Nobilem  
Puellam anno-  
rum circiter quindecim,  
proceræ staturæ, coloris  
ad fuscum vergentis,  
modicè carnosam, ac  
proinde complexionis ca-  
lide, & humidæ, cal-  
ditate attamen humidita.

tè præpollente, cui duobus ab hinc annis nullo ordine, & in copia erumpabant menses; quibus successerat innaptentia, cruditas, fædus cū subruberne faciei color, pedum, ac reliqui corporis intumescētia, ac cachexiæ rudimenta pullulabant.

**C**eleberrimus interim publicè Proffessor accersitus idu oculi depræhenderat, Virginem hanc mensium profluvio laborare. Sanguis enim menstrualis in copia fluebat.

Et quidem non vitio vteri; quia non apparebant signa eius.

eius læsionis , sanguis enim ,  
nec nigerrimus , nec grumo-  
sus excernebatur . Non utique  
à ceruice vteri , quia rubicun-  
dior , fluidior , pauciorque  
fluxisset . Non ob imbecilli-  
tatem hepatis , renumque se-  
rum non attrahentium , quia  
nec serosus , ac aquosus , &  
in copia minori fluxisset , nec  
tam facile excretus in gru-  
mos congregatus fuisset ; Ve-  
rum ob copiam , quia subru-  
bedo quædam in facie , cum  
totius corporis inflatione , nec  
non venarum excrementia co-  
piosa apparebat , nec ad ma-  
gnum virium lapsum ægra  
deducta fuit ; Et etiam ob  
prauam eius qualitatem , ob  
caliditatem scilicet , & acri-  
moniam , quia in excretione  
dolores excitabantur lumbo-  
rum ,

rum, & pectinis, atque cum quadam mordicatione circa partes muliebres excernebatur. Nam satis calidi temperamenti erat Patiens, & saepius calidioribus, ficcioribus que cibis potibusque uisa, & sanguis super pannis linteis exsiccatus in umbra colore quodam citrino apparebat; & non albido, vel subalbido, quia ob tenuitatem solum sanguis fluxisset; quia nec corpus fuit pallidum, emaciatum, nec cum dicto pallore venter inflatus, & tumidi pedes aderant. In hoc auxu propter tenuitatem nempe, Vir Eximus monitu *Anicenna* à duplice remediorum genete me cauere iussit; ab adstringentibus, & diureticis; & quidem ab adstringenti-

gentibus, quia sang. tenuis, est aquosus; in quantum ergo in se habet aquositatem, est expurgandus, in quantum vero tenuis, est incrassandus: si igitur sang. aquam habens adstringatur periculum iminet hidropis. A diureticis etiam quia sang. tenuis debet incrassari, diureticis verò adhuc magis attenuatur.

Deiectio hæc menstruorum orta fuit ab Anastomosi venarum vteri, non utique à diapedesi, cum rarissimè accidat. Non à ruptione, cum à maxima plethora sollet contingere. Non à partu laborioso. Nec ab erosione, quum parcè non fluxerit, nec purulentus. Verum à sanguine tūm copia, tūm qualitate peccante: Copiā, quia huius

Huius egregiae Virginis totius corporis tonus sanguinis erat ferax; Et etiam qualitate, caliditate nempe, ac aliqua acredine, & etiam aliquam cum consistentia propter fervorem viscerum, ac totius corporis, cuius ratione facta fuit anastomosis, & sanguis profluum erat subortum.

Indicationes deprompsit a morbo, eiusque caufis, cohíbendi, reuellendi, & intercipiendi, ratione motus immodecæ sanguinis fluxionis. Incrassandi ratione fluxibili-tatis, & iecoris, & sanguinis fervorem compescendi; & ratione laxitatis, & aperitionis venarum vteri corroborandi, & constringendi.

Quos scopos facile assequi sperauit, quia moribus non erat diutur-

diuturnior, terque, quaterque in anno affligebat; neque patiens erat vetula, non tamen ideo flocci fecit. Immò metu grauiorum malorum potissimum verò imbecillitatis iecoris, ventriculi, & cacochimiæ, ad materiam remediorum properauit.

In Chirurgia imprimis se obtulit venæ sectio, quæ euacuationis gratia in cubito ex iecoraria fuit instituta extra hendo sang. ferè ad libram unam præmisso tamen leniente *ex syr. viol. sol. ad unc. quatuor, syr. rof. sol ad unc. duas.* Postmodum ex saluatella durante fluxione vtriusque manus parcè fuit eductus. Vigente adhuc affectu ex usu erant cucurbitulæ non scarificatæ sub mammis iubente

*Hipp.*

Hipp. in quinta Apb. 10. mulier si velis menstrua cohíbere, cucurbitulam quam maximam ad mammas appone. Mense sequenti reiterandam voluit venæ sectionem reuulsionis potius quam euacuationis causā, nec non artuum superiorum frictiones impetrabat.

Interim Pharmaceutica univerſalia erant Chologoga, melanogogis mixta administrata, non admodum valida, & refrigerantibus contemperata.

A totius corporis purgatione optimum fuit decoctum: succi depurati cichorei, endiviae, acetosae in iure, cui præcedebant boli ex corallo rubro pulu. drach. j. terræ sigillatæ drach. s. cum saccha-

ro rosato antiquo reformati? His balneum aquæ dulcis tepidum succedebat , vt tutissimum remedium in quo sedebat mane , & sero . Interim diuretica refrigerantia ante infessum balnei erant in usu , vt Rx. seri destillati lib. iij sem. mell. mund. vnc. ij. F. Emul. S. A. cum dicto sero .

Quibus præteritis duo interna remedia parabat . Primum quidem erat lactis Campani , vel potius ouilli usus , vt caseofsi n agis summo mane cum saccharo , & offa panis , per quindecimi dies . Alterum erat Saccharum rosatum antiquum cum lapide hæmatite , & coralis pulu . vesperi duabus horis ante cœnam præscriptum .

Extrinsecus inungebantur peri-

## 44 Observations


perineum , pubes , & renes  
*Infrigidante Gal. vnguento ros.*  
*Mefues , & vnguento Comi-*  
*zissæ .*

A quibus omnibus si refræ-  
natus ferè fluxus non fuisset ,  
ad usum Theriacæ recentis de-  
uenisset , vt & Theriacæ re-  
cent. drach. j. magist. coralo-  
rum scrup. f. M. F. boli duo ,  
& aurentur exhibendi tempo-  
re somni , Nec non ad pessos  
uterinos , & emplastra ad-  
stringentia .

In Victus ratione refrige-  
rante , humectante , ac incraf-  
fante tempus traducebat .



DE



## DE RETENTA Secundina.

1661. Mense Maij.

**V**Alida, & spectabilis Iuuenis annorum decem & octo, complexionis totius calidæ, & humidæ; Viro suncta concepit, fœtus præfinito tempore magnus, & perfectus uterum undequaque distendens prægressis doloribus,

bus, rupto amnio, & chorio, effusa aqua cum sanguine prodijt. Postmodum dolores, & rigores inaequales in ventre, & praesertim infra umbilicum inguebant, febris acuta, naufragæ, hypothimia, & convulsus motus rudimenta prægebant, & lochiorum purgatio deficiebat.

**V**ir sūmus in arte efflagitatus ab Illustri Marito causà curationis suæ coniugis, accessit, & obstetricice modum partus quæsivit: quæ cum suam

suam prætantium ostendere tentasset , imperitiam propriam declamabat . Tandem fassa est , se , cum expectasset Secundinam , & nulla prodiisset , vehementius eam attraxisse , & umbilicum fuisse abruptum , & Secundinam retentam . Quem errorem posse fieri præuiderat , & Hipp. primo lib. de morb. mul. vbi hæc verba Sene digna posteritati desculpsit : Si per vim , infantisque conatum ruptus fuerit umbilicus , vel imperita obstetrix umbilicum præcidit , antequam Secundina ex utero decidat , aut umbilico abscisso eum finistra manu non firmiter retinuerit , tum enim Secundinam lubricam uteri facile sursum trahunt .

Causa igitur retentionis Secundin-

cundinæ , non fuit debilitas  
vteri, cum non maximo cum-  
dolore , aut difficultate fœtum  
ediderit ; Neque debilitas  
parturientis, quia fuit rubu-  
sta . Verum imperitia ob-  
stetricis , & quædam etiam  
durities ligamentorum prop-  
ter quam firmius vtero Secun-  
dina adhærebat . Etenim &  
ea , tanquam inutilis cum-  
fœtu ; qui præfinito sibi tem-  
pore arcana quadam ratione  
ostiolo vteri aperto egredi-  
tur , sponte prodijset , nisi  
robusta ligamenta eam diu-  
tiùs detinuissent , atque impe-  
ritam obstetricem ad trahen-  
dum violentius cogissent .  
Quare retenta obstruendo ,  
& intercipiendo lochiorum  
expurgationem impediuit ,  
dolores in imo ventre , vbi

Secun-

Secundina detinebatur, & in lateribus, quibus cotylondes adherebant, excitauit: præter rigores, & horrores inæquales ob neruofam uteri conditionem, & febrim, atque nauseam ob putrescentis Secundinæ, lochio rumque vapores; eo plane modo: quo scribebat Diuinus Senex *Libro de morb. mul.* supra citato: *In retenta Secundina purgatio minus quam opus procedit, & venter durus fit, & magnus, ac febris acuta, & dolor per totum corpus, & ventris maxime secundum partem eam, quæ est infra umbilicum, & grauitas fit in utero, & termina veluti fætus insunt.*

Indicationes fuerunt emolliendi, educendi, expellendi,

**C** **di,**

di, laxandi, & per vterum  
extrahendi ; quorum finis  
valdè fuit dubius, quia ex  
putredine Secundinæ, & hu-  
morum, lochiorumque supra  
Secundinam stabulantium  
corruptionē febris acuta ; suf-  
focationis, hypothimiae, &  
conuulsionis principia orie-  
bantur. Vires tamen patien-  
tis, propensio animi ad re-  
media, & aurea verba diui-  
nissimi Senis multū promit-  
tebant dicentis *primo de morb.*  
*mul. 66. s̄apē vero putreficit*  
(nempe Secundina) & disce-  
dit sexta, aut septima die, &  
sanatur mulier.

Subito itaque fuit præscrip-  
tum leniens emolliens, ac  
relaxans medicamentum, vt  
Rx olei amygdal. dulc. no.  
ext. sine igne vnc. viij saccar.  
cand.

cand. viol. pul. drach. iij M.  
Mox sternutatorium , vt ~~re~~  
**Castorei**, **Heleb. albi**, **florum**  
**lilij conualij pulu. anna scrup.** j  
M. in cuius vſu continebat  
ægra spiritum, nares, & os  
apprehendendo, vt impera-  
bat Hipp. In 5. Aphor. 49.  
dicens: vt secundæ procidant;  
sternutatorio imposito, nares  
apprehendito, & os . Præte-  
rea suffumigia parabantur :  
quæ valenter huiusmodi men-  
branam ad partes inferiores  
trahere alias experta fuerunt:  
nempe ex **ungula caballina**,  
**asinina ex castoreo**, &c.

His actis ad sectionem sa-  
phenæ pedis Vir Excellentissi-  
mus deuenerat duce **Gal.**  
**lib. de trem. rigor. & palp.** 5.  
vbi narrat ancillam quandam  
in puerperio lochijs retentis

52 *Observationes*  
ex talo sanguine detra&cto con-  
valuisse.

Verum cum nec hoc præ-  
sidio cessisset, deuenit ad sup-  
purantia in vterum iniicien-  
da parata *ex oleo amygd. lili-*  
*lorum alb. cum butyro* ;  
& eo libentius, quia semper  
fluxerat aliquid secundinæ  
corruptæ . Aliquando præ-  
scripsit *vnguentum basilicon*  
*dictum dissolutum in decocto*  
*sabinae, & dictamni*. Quan-  
doque etiam *detergentia pa-*  
*rabantur ex vnguento Ægyptiaco*  
*cum lixiuio, & lacte.*

His adhibitis secundina in-  
dies magis, & magis putre-  
facta , cum lochijs proflu-  
xit.

Interea corroborata fuit  
Patiens Epithematibus *ex*  
*aqua buglossæ melissæ, bora-*  
*gin,*

gin. cum speciebus cordialibus temperatis. Periculum enim aderat prauorum accidentium ex vaporibus venenatis ad cor, & caput ascendentibus.

Nonnunquam regio cordis inungebatur: vel Therica, vel Mithridatica confectione: Quandoque exhibitus fuit *bolus ex rosis borag. & buglossa* cum speciebus cordialibus temperatis, vel cum speciebus Diambræ, & Diamoschi: Nisi his cessisset Secundina; obstetrix, vel Chirurgus inuncta diligenter manu, vel oleis, vel pinguedinibus calidis euellere eam tentassent, & quidem hæc norma: ut Secundina placide in obliquum deducta fuisset ob periculum vteri prolapsum.

C 3 quod

54. *Observationes*

quod suadet. *Paulus 6. de re Med. 75.* Et *Ætius Tetra-bibl. 4. Serm. 4. Cap. 24.*

At cum in huiusmodi extractione Secundinæ, vel etiam euulsione fœtus, vel viui, vel mortui quædam praua accidentia, & morbi quandoque sequantur; ut exitus vulvæ; **Nimia** eius dilatatio; Retentio fæcum, & vrinæ. Ægris simili occasione succurrere in modum sequentem ex Praxi animaduerti.

Si itaque vulvæ succedat exitus, ea prius per obstetricem intrusa suffumigia, & balnea adstringentia vtero sunt adhibenda.

Si nimia sequatur eius dilatatio; succurrendum adstringentibus: ut aqua pinearum, in qua cocti fuere nuces compressi,

piessi, grana mirthi, balau-  
stia, alumem, rose, acacia;  
Et huiusmodi decocto sunt fo-  
uendæ spongiæ partes vteri.

Si retineantur fœces, impo-  
nendi sunt clysteres; *ex brodio*  
*cum faccaro rubro.* Vel orete-  
nus potest exiberi *oleum*  
*amygdal. dul. ad unc. v. vel*  
*vj.* quod non solum educit fæ-  
ces, sed emollit, & demulcet  
partes exasperatas.

Si vrina retineatur; em-  
plastrum apponi potest pecti-  
ni, quod conficitur *ex herba*  
*parietaria cum butyro recenti,*  
*& oleo Scorpionum.* Vidi enim  
hoc remedio statim vrinam  
prouocari.

Victus fut semper hume-  
tans, ac refrigerans, boni  
succii, facilis concoctionis, &  
celeris distributionis.



## DE DOLORE VTERI.

1661. Mense Febr.

**O**bseruaui Virginem  
47. annorū tem-  
peraturæ præhumidæ ,  
modicè carnosam albican-  
te faciei colore : quætri-  
bus abhinc annis terque,  
quaterque in anno de do-  
tore quodam leuit circare-  
gionem vteri, cum fla-  
tibus errumpentibus per  
superiora, & inferiora

con-

Circa Morbos Mul. 57.  
conqueri cœperat . Post-  
modum quatuor abbinc-  
mensibus dolor circa pu-  
denda , inguinem , pubis  
regionem , ac lumbos  
ſæuius ingruebat , quan-  
doque cum excretione ex-  
tereo humorofæ male-  
riæ.

**E**X his obſeruauit Vir Gra-  
uiſſimus Mœſtiſſimam  
ſœminam dolore vterino ex-  
cruciari : quem aliud eſſe ni-  
hil aſſeuerauit : quām tristem  
quandam ſenſationem vteri ,  
ligamentorumque eius , vt  
plurimūm à diſtensione con-  
tinui concurrentibus flactibus ,

C 5 &

58. *Observationes*

& etiam humoribus hetherogeneis à toto, vel à iecore fluentibus subortam. Et ut rectâ medicando incederet ; causas distinctè indagauit.

Causam itaque in erosione aliqua vteri non inuenit ; Quia nulla apparebant ulcerum stygmata. Non in fluore muliebri ; Quia exitus ille humorum diù non durauit, solum enim in declinatione doloris quidam fluxus heterogenei humoris obseruabatur. Non in vitiosis mensibus, vt quando venæ minus patent, vel quando sunt crassi nimis, eò minns cùm cessassent ab hinc annis septem. Nec dolor scaturiebat à grumo sanguinis in vteri cauitate hærente ; sanguinis enim fluxus copiosus ex vtero processif-  
set,

set, dolor fixus, isque maximè circa orificium vteri perceptus ægram excruciasset. Nec ab effervescentia seminis in coitu cohibito, quia honestissimè viuebat. Omnium minimè ab inflammatione vteri, quia sine sensu ardoris, febre acuta, & ardente fuit.

Verùm ab humoribus vitiosis heterogeneis in vteri cauitate, vel vasis stabulantibus; nec non à vaporibus, vel flatibus ob vitiosam concoctionem ortis vterum, & vasa eius distendentibus.

Idcirco habebat indicaciones dolorem demulcendi per anodyna; materiam fluentem diuertendi, fluxam euacuandi, & ratione flatuum discutendi, partes mandantes, & vte-

50 *Observationes*  
rum modicè calefacentibus  
corroborandi.

Curationem faciebat anci-  
pitis spei ob durationem sym-  
ptomatis, & naturalem vteri  
imbecillitatem . Attamen  
multum confidebat in medi-  
cis præsidij sæpè sæpius ex-  
pertis, desumptis ex **Chirur-**  
**gia, Pharmacia, & Diæta.**

Inter Chirurgica emolu-  
menta oportuna semper fuit  
venæ sectio Saphenæ dextræ,  
deinde sinistre ; præmisso uti-  
que clystere carminatiuo  
mollientibus permixto . Fri-  
etiones, cucurbitulas cum  
multa flamma applicandas  
internæ , & externæ coxæ iuf-  
ferat . Neque fonticulum  
coxæ dexteræ inurendum præ-  
ter rem fore putauerat .

In Pharmacia præparatis  
humo-

humoribus syrups primo simplicibus de cichoreo, de pomis, acet. simp. cum decoct. sem. cit. borag., beton. Capill. Ven. Mox, & compositis de duabus radicibus de Capill. Ven. decort. cit., cum decoct. sem. cit., borag., betonicæ, Capill. Ven. politrici, pendaphili, cichorei, & fumo terræ, artemis. Purgatio sequebatur alternatini, purgantibus non admodum generofis ex infuso Rhab. Agar. folior. sennæ, cum syr. de polip. comp., & mell. rofar. sol.

Alius præterea officiosa seruabatur pill. ex aloë lota aquæ pendentis ad scrup. vnum alternis diebus, quandoque tertio quolibet die ante cœnam; quæ flatus discutere, ventriculum corroborare,

rare, materiam per epicrasim ab utero diuertere, illumque exsiccare valebant.

His vniuersalibus præmissis. assignauit potum *Aqua teetianæ* per quatuor dies ad lib. quatuor vel quinque cum *vnc. iij. mel. ros. sol.* in primo cya-tho aquæ. Postmodum *Aromaticum rosatum*, *Diacalamentum* ad suas doses iuabant.

Internè sœuius vrgente dolore erant in vsu: vt *Triphe-ra magna cum opio fermentata*; Interdum *Theriaca recens*, & *Mithridatica confectio*: quæ admodum diligenter parata seruantur, ac confiuntur a Viro Experto Pharmacopola ad Insigne ADAMANTIS Patauij.

Externa potiora erant inse-  
silius

fessus vmbilico tenus in aqua  
calida alterata baccara, matri-  
carià, Artemis. Pulegio, ori-  
gono, scabiosa, Virgà aurea,  
maluà, & Altheà, cum Sa-  
binà, & parte aliqua. vini  
generosi sub decoct. fine cru-  
ribus eleuatis, atque immis-  
sà cannulà peruià in vteri va-  
ginam; quo facto vis medi-  
camenti partem affectam fa-  
cilius attigit; quod quotidie  
per horam repetendum impe-  
rauerat.

Interea partibus dolenti-  
bus applicabantur Anodyna:  
& duo ex officio vicissim pa-  
rabantur. Omentum in quam  
castrati in oleo amygd. dulc.  
calefactum: Ac placenta ex  
vitellis ouorum cum butyro.  
Nec non lac cum oleo dicto.  
Tandem inungebatur regio  
pubis,

64 *Observationes-*  
pubis, ac lumborum sequen-  
ti: *R2 olei iasmini vnc. vnam,*  
*masticini vnc. semis. Aneti-*  
*ni drach. ij. moschis parum*  
M. fiat innectio.

Vixus ratio fuit medica-  
mentis semper amica.



DE



# DE SVPPRESSIONE Menſum.

1661. Mense Iunij.

**O**bseruant Precla-  
ram Widuam an-  
norum 23. calido hu-  
midioris temperamenti :  
quæ decimo septimo æta-  
tis suæ anno Viro nupta  
delitiosam, & desideri-  
vitam agraffa, sensim  
& sensim carnosior fa-  
cta post aliquot menses  
amaz-

65. Obseruationes  
à marito defuncto vidua  
derelicta menstrua im-  
minuta habere cœperat.  
Tandem quatuor circiter  
mensibus ex toto supref-  
fa; Inde totius corpo-  
ris erat exorta cum im-  
becillitate gravitas; cum  
colore vultus mutato,  
cibi fastidium. Lumbo-  
rum, laterum, & im-  
ventris dolores, suffo-  
cationes, naufragia hypo-  
thimia, anxietas, mur-  
mura, alii stipticitas.  
febricula.

Quod

**Q**uod mensium suppressio  
quam Gal. tertio de  
*Symp. causis quarto* in ex-  
cretis retentis numerat; hanc  
Egregiam Viduam cum supe-  
rius ennumeratis symptomata-  
tibus afflixerat nobiscum Vi-  
ro expertissimo facile fuit  
conycere cum ex prolatis Pa-  
tientis, tum ex symptomata-  
tibus ex suppressione exortis.  
Sanguis enim menstruus sup-  
pressus per venas hinc indè  
regurgitando partes colore  
fœdo solet inficere, grauita-  
tem parere, febrim aliaque  
syptomata à Gal. 6. de loc.  
*affect. quinto*, ennumerata in-  
ducere, atque in vtero eius-  
que vasis uterinos morbos ef-  
ficere. *Deficientibus enim*  
*mensibus morbos ex vtero fie-*  
ri (dicebat) Hipp. v. Aph. 57.

**Cui**

Cui , & Gal. assentiebatur  
*primo de sanitate tuenda: vbi*  
*profitetur uterum in mulieri-*  
*bus omnium morborum fon-*  
*tem esse posse, & originem .*  
**Nec immeritò cum , vel in hac**  
vna Patiente tota ferè mor-  
borum congeries insurget.  
Naturalium enim viscerum  
munera debilitata ; Vitalium  
læsa ; **Nec non animalium**  
labefactata fuère depræhensa :  
& maximè quatuor ab hinc  
mensium spatio , quo ex toto  
menstruorum fuit exorta  
suppressio .

Quæ non fuit facta à com-  
pressione venarum : quæ solet  
fieri ab Aquilonio aere frigi-  
do , & sicco . Non à mora  
in aqua frigida , & balneo  
adstringente ; cum horum  
nullus usus fuerit . Non à tu-  
more

more vteri, cum nullum invijs signum tumoris fuerit. Neque a coalescentia facta a cicatrice; quia ulceræ non habuit, & parturientibus solet contingere.

Non defectu sang. non geniti, quia nec cibis exsiccantibus; nec æstuarijs sudorificis vtebatur; nec inedia, nec nimis vigilijs affligebatur: ut *Albertus Mag. Lib. de animal.* scribit: se nouisse Virgines; quæ cum macerarent suum corpus vigilijs, nunquam purgabantur.

Nec genitus in alios usus fuit conuersus, vt in alimentum foetus; Quia vtero non gerebat, nec lactans fuit, neque immodecum exercitata: quam ob causam *Ruffus apud Aetium* saltatrices non purgari testatur. Nec

Nec determinatis temporibus incidit in immoderatos sanguinis fluxus; Nec vomitus sanguinis superuenerat: ut Professor Maximus nouit fœminam; quæ loco menstruæ purgationis singulis mensibus habuit vomitum sanguinis, ut vomeret vnicā vice ad lib. 3. aut 4. sang. Nec fluxu muliebri tentabatur: in quo materia modò subalbida, modò subrubra, modò alterno colore: *vt Gal. 3. de sympt. causis 4. docet* sanguinem in huiusmodi corruptam humiditatem commutari. Nec ob calidam iecoris vteri, aut totius intemperiem: quæ sanguinis pars subtilior remanente solùm crassiore resoluitur, aut exsiccatur secundum *Auicenniam*. Talis enim non fuit

fuit temperamenti.

Neque defecit, aut suppressus fuit, ob robustam corporis constitutionem ita, ut partes ad se se traxissent sanguinem, & insui substantiam conuertissent: vt *Gal. loco sua practicato in fine capitinis docuit;* Et *Auicenn. capite de causis suppressæ purgationis.* Quia licet corpulenta, attamen imbecillis fuit Patiens.

Verum enim verò à sanguine crasso, viscido, & lento cum permixtione melancholiæ per congelationem secundum *Auicennam sen. I. lib. I. cap. 2.* factæ à frigida naturalium partium constitutione; licentiosa incibis indulgentia; nec non liberaliori frigidæ potu quam ob causam idem *Auicenna*

*Æ-*

fæpissimè menses aufferri afferuerat ; qui inquam crassi, viscidi, & lenti humores ad vasa vteri transmissi sibimet ; ipsi vias occludendo , primo imminutos menses , tractu vero temporis ex toto suppressos causauere , vt *Magnus Auenzoar* apud Mercurialem lib. 4. de morb. mul. Cap. 1. *de causis* : omnes internas causas suppressionis ad duo hæc capita videtur reduxisse ; ad viscitudinem nempe , & crassitatem humorum . Concurrerbat etiam nimia vteri frigiditas , & deplorandus suus ipsis viduis status individualis . Refert enim *Gal.* 16. in *Epidem.* quinto cuidam fœminæ exulante viro non solum ex toto ortam fuisse mensium suppressionem ; verum

rum, & corpus fuit hirsutum redditum, & barba ennata.

Quod *Auicennas cum Hipp. 6. Epid.* circa finem testantur dicentes: mulieres ex retentis mensibus habitum virilem contrahere.

Hinc fuere elicite indicationes præparandi, euacuandi phlegmagogis miscendo melanagoga, vteri vias deobstruendi, & corpus exsiccandi: quorum terminus fuit difficilis; quia cachexiae, & hidropis rudimenta ob alii stypiticatem pullulabant, & vniuersa quasi morborum symptomatumque cohors iminebat. Curatio igitur in procinctu esse debuit, cum malum hoc post sex mentes, secundum *Hipp. lib. de morb. mul.* curationem non suscipiat

D piat

piat: quod me debere intelligere Vir incomparabilis cum Mercuriali *in lib. 4. de morb. mul. cap. 1. in Prog.* docuit solū de suppressione ob colli vteri peruersiōnem , seu contorsiōnem . Cūm Gal. refe rat fœminæ cuidam emaciatae post octo menses menstrua redijisse: Et ipiē vidi GRÆCII in Styria honestę cuidam Puel læ à Professore meo priuatō nunquam satis laudando **ANTONIO** de POZZI S. C. M. Proto-Physico Styriæ S. C. M. Aulæ Medico septimo mense reproduc̄tos .

Ad Chirurgiam quod attinet , lenita prius aluo , nec non humoribus crudis existentibus , leniter parato , & purgato corpore ; frictiones , curbitulæ non scarificatae , in fernis

fernis partibus fuerè applicatae. Mox ex poplitis vena, ut ampliori propter crassitatem humorum sanguis fuit eductus. Nam sic, & mentes prouocati, & plenitudinem imminui Vir maximus cum Gal. 4. de valet. 4. Et lib. de curat. per venæ sect. Nec non cum Aucenna Fen. 4. Doct. 5. cap. 25. profitebatur. Et quidem quatuor diebus ante consuetum purgationis tempus. Quia tunc magis fluxilis redditur sang. & impetus naturæ prouocatur. Deinde facta vniuersali purgatione rursum frictiones, cucurbitulæ prius remotioribus locis: cruribus nimirum, mox proximioribus: coxis nempè applicabantur. Tandem saphena finistra tundebatur.

Ex Pharmacia: Alius fuit  
lenita *Eleæt. lenit.*, *crem. tar-*  
*tari*, & *specie hieræ*.

Præparantia fuere : quæ  
vim habent humores pituito-  
sos, & melanchol. præparan-  
di, & simul menses ciendi:  
ut *syr. de borag.* *de fumo terræ*  
*Artemis. mel. ros. sol. oximel.*  
*fiimpl. in decoct. fumar.* *Capill.*  
*Ven. agrim. cicbor. eupathor.*  
quorum usus fuit per quinque  
dies. Purgans secutum est  
*ex Agar. Epith. senna, in deco-*  
*ctione cordiali addito syr. de*  
*polypodio, & confect. ha-*  
*mech.*

Secunda vice parati fue-  
runt humores, *syr. de quin-*  
*que rad.*, *oximel. scyllitico cum*  
*diluto cetrach*, *Cap. Ven. rad.*  
*capari*, *menth.*, *borag.*, *Are-*  
*temis.*, *matricar.*, *rub. tintæ.*,  
*vale-*

*valerian.* hisque sex diebus adhibitis, & sic dispositis humoribus, purgans sumebat, Ex *infus. Rhab. Agar. troch. sennæ* addita *manna*, *syr. de polipod. comp. & crem. tart.*

Hac peracta expiatione totius corporis; ventriculus, & intestina fuerunt abstera. *Aq. Tect.* per quatuor dies de more sumpta cum suo vehiculo.

His actis certum decoctum aperiens, & exsiccans per 30. dies sumebatur; quod paratum fuit *ex guaiaco pingui, salsa in aqua communi facta infusione per 24. horas, additis deinde fol. capill. ven., dictam. Cretens. Calamenib. Mont. bulliendo ad consumpt. dimidij.*

Externa duo erant reme-

D 3 dia

dia : Thermæ nimirum , & Inunctiones ; Thermæ erant in Agro Patauino Apponitana , quæ sulphureæ sunt , quæque pro infestatione adhibebantur. Ad quod fortassis etiā fecissent Thermae in Carniola prope Rudolphsber- tum in fundo Illustrissimi , & Excellentissimi COMITIS ab AVRSPERG CAPITA- NEI nunquam satis collendi , eiusdem Serenissimi DVCA- TVS CARNIOLIÆ , si tam- men sint sulphureæ ; qua- rum necdum ex Arte habeo notitiam .

Sunt , & aliæ Thermae pro- pe Rudolphsbertum : quæ Vrbs à Sereniss. AVSTRIÆ ARCHIDVCE , & ROM. IMP. RVDOLPHO est con- dita , priuilegijs munita ; cui,

&amp;

& nomen proprium RVDOLPHO-DIGNA . Hæc celebri R. R. D. D. Canonicorum cum PRÆPOSITO Illustrissimo est decorata Capitulo ; Ecclesijs , Religiosisque Veneranda ; solo aprico ad orientem posita : quo loci Gurca fluijatilium ditissimo præterfluente semi-circumdata ; aura perflata temperatissima ; numerosa circumsepta Nobilitate ; collibus vndequaque exornata viniferis .. Prope hanc inquam Vrbem sunt , & aliæ *thermae* incultæ licet , at antehac à vulgo sæpè laudatæ , sitæ ni fallor ad S. Margaritam , & Clingenfels : Quarum pariter virtutem mihi 13. annis hinc indè studijs detento non licuit experiri . Solum dico

D 4 Hæret.

Hæret in *exiguis* nonnunquam  
*maxima* virtus  
 Quamque *teris* pedibus, *ter-*  
*ret* & herba necem

Inunctiones fuerant locis  
 mulieribus vt *Æ olei Keirini*  
*vnc. j. fælis Taurin. vnc. s. M.*  
 Aliquando ex *oleo lill. alb. cum*  
*aromat. & Keirino* His adhi-  
 bitis sensim, & sensim conua-  
 jesce re cœpit.

Victus ratio attenuans, &  
 exficcans comes semper fuit.  
 Viro iungi denuo debuisset  
 ob periculum recidiuæ. Coi-  
 tus enim sanguinem calefa-  
 ciens, & vias aperiens cursum  
 faciliorem mensibus præbet.  
 Inde fortassis *Hipp. lib. de*  
*Gener.* mulieres sine coitu  
 insanas vocitabat.

DE

DE FVRORE  
Vterino.

1661. Mense Augusti.

**O**bseruaui mulierē  
Viduam annorum  
20. circiter ante deci-  
mum, & quartum an-  
num rūro nuptam;  
Cuius temperamentum  
calidum, & siccum, at-  
que ad adustum vergens  
fuscus faciei color, capil-  
li nigerrimi, atque cin-  
atis.

82 Observations  
cinati ex Gal. in Arte  
Med. nec non promptitu-  
do ad actiones inuebant,  
quæni fallor post annum  
à marito defuncto, gar-  
rire insolite cœperat, ir-  
itatem, sermones lasciuos,  
ac venereos soluit, spreto-  
denique pudore se se vi-  
ris prostituere. Qua-  
re per tres, vel quatuor  
dies vinculis in lectulo  
detinebatur. Aliquando  
cum furore in quandam  
mentis alienationem age-  
batur; Quandoque fr-

cando

cando locos manibus,  
hinc inde gyrande oculos  
nonnihil prudens appa-  
rebat; quamob causam  
Medici Veneti dæmo-  
niacam existimauere.

**M**uliere hac Patauium,,  
ut curaretur, deductā,  
rogatus accessit Præstantissi-  
mus, ac Publicus Professor, &  
quibusdam interrogatis, con-  
tinuò protulit hanc floridam  
Viduam furcre vterino labo-  
rare. Non autem Priapis-  
mo, seu pruritu; quia in hoc  
licet adsit desiderium coitus,  
est tamen cum solo pruritu, &  
sine ardore, & delirio; partes  
muliebres non modo sunt

rubicundæ , sed multoties plenæ pustulis ; quas sequi solet herpetes , erisipellata , & vlcera profundiora ; atque ex coitu læduntur mulieres . In furore adeat delirium , & iuumentum ex coitu sentiunt fœminæ , atque fricatione demulcentur . Non præfocatione vteri ; quia in hac mulieres manent attonitæ , sine quasi respiratione , & sine sermone . At furore vterino concitæ , anhelant , obloquentur , garrulæ sunt , & ad instar furiarum aguntur . Non alia furoris specie ; quia alia deliria sunt diuersa . Furor vero vterius semper circa Venem versatur , nec quidquam loquuntur , aut cogitant patientes , quam de Venere . Non denique salacitate , in qua

qua licet sit ingens, ac intollerabilis veneris appetitus, verumtamen est sine delirio, & deplorabiles mulieres contra naturæ leges inter honestatis limites se se continent.

His igitur signis distinctius positis: intulit furorem vterinum fluere à sang., & feminis copia, eaque calidiori, ac acriori à partium naturalium, ac vitalium constitutione tali; tūm etiam à ciborū nimirum calefacentium usu, & à vino meraciori, eiusque largiori potu procreata. In hepate enim sanguinis fit rudimentum, in corde perficitur, tanquam officina caloris: à quo vel etiam à toto decidit semen excrementum utile vocatum ab *Arist. lib. de gen. Animal.*, quod in testibus,

86. *Observationes.*

bus, ac vasis spermaticis perficitur, ac conseruatur, usque dum ad exitum prouocatur, quod retentum vrendo, ac calefaciendo magis libidinosas partes, stimulandoue sua natura calida, ac mordaci praecipue nymphas, & clitoridem, appetitum venereum excitat. Vbi vero semen suum cursum non habet, neque sanguis ad uterum, atque vasa spermatica delatus successiuè in semen commutatus effluit; Inde quasi turgens regurgitando per venosum, ac arteriosum genus, viasque naturæ manifestas ad cor, & diaphragma rapitur: quoprius uterus deinde diaphragma, & cor inflammantur: quibus inflammati, & mens a suo statu decidit. Quod & Hipp.

Hipp. vidit, dicendo lib. de  
morb. Virginum : mulieribus  
natura magis est abieci, &  
infirmi animi, quam virilis,  
ac proinde Virgines, ubi iam  
maturæ sunt viro, nisi habeant  
effluxus conuenientes, materia  
ista præmultitudine regurgitat  
ad diaphragma, ubi primum  
cor infatuatur, deinde deli-  
rium succedit, & post istam  
compressionem strangulationes  
sibi parant &c.

Hinc curiosam fecit quæ-  
stionem ; Cur scilicet mulie-  
res furore uterino percitæ  
sive Virgines sint, sive castæ,  
atque coitu non utentes eli-  
gant potius se suspendere, aut  
strangulare ; aut in puteos  
præcipitare . Refert enim  
*Plutarchus lib. de virtut. mul.*  
interdum Virgines milesias se  
fe-

se cateruatum suspendisse. Pa-  
riter Lugdunenses mulieres  
cateruatum se se *in fluuios præ-*  
*cipitarunt*, quod factum fuil-  
se non vitio aeris, aut ob si-  
derum influxum; verum ra-  
tione furoris vterini, pluribus  
probabatur. Interim ut qua-  
stioni satisfaceret; respondit  
cum Hipp. Primum fieri ex  
pressione cordis, quia dum  
cor præmitur imaginatio-  
nem inducit, quasi totum  
corpus sit comprimentum,  
vnde strangulationem sibi pa-  
rant, tanquam totum corpus  
comprimentem. Secundum  
vero fieri propter nimium  
ardorem, propter quem mi-  
seræ in aquas se se præcipi-  
tant, tanquam remedium sui  
ardoris querentes. Quod ex  
*Lucretio 6. de natura confir-*  
matur.

matur, dum refert in peste illa Atheniensi ægros præardore se in fluios præcipitasse. Cur igitur & in furore vterino, in quo inexplicabilis partium quasi omnium ardor percipitur fieri non possit, ut ob hanc rationem aquas, & fluios quærant, tantumque calorem extinguere conentur?

Ad causas reuertor, & addo, quod ætas florens; temperamentum calidum, & siccum; Castimonia; Regio calida, & aer impense calidus concurrerint. Nam *Aristoteles* 4. *Probl.* 26. prodidit, æstate summa maximè incitari fœminas ad libidinem, sicuti, & canes, & alia animalia. Item, & *Herodotus* refert lib. 2. in Ægypto, quæ est regio ferui-

feruida, mulieres omnes esse libidinosas, ita ut paucæ cattæ reperiantur, atque etiam interdum cum hircis coeant. Præter quod in hac nostra Patiente adnumerari possit coitus intempestiuè factus. Nam iuuenis valde viro iuncta fuit, quam causam posuit & *Aristoteles* 7. de *Histor. animal.* I. scribens mulieres fieri libidinosiores, quæ intempestiuius incipiunt concubere.

Ex quibus omnibus compendio deducto conclusit Vir Maximus furorem vterinum vigere; *In quadam intemperie calida, & sicca vteri, ac vasorum spermaticorum communicata cordi, ac cerebro à copia, eaque calida mordaci, salsa, ac nitrosa sanguinis, & semi-*

*Circa Morbos Mul. 91  
seminis cum appetitu venereo,  
atque furore.*

Indicationes erant sanguinis copiam imminuendi educendo, qualitatem alterandi, refrigerando, humorum adustorum colluum purgandi, Vteri, iecoris, & aliarum partium intemperiem corrigendi, nec non sperma extinguendi : quos scopos felici cum successu sperabat attingere, praesidijs Chirurgicis, Pharmaceuticis, & Diæteticis ; quia nō uus erat effectus.

Ex Chirurgico praesidio præmisso leniente *ex manna*, *fol. sen. aq. flor. citr. q. .f.* & *S. A. clarificato* : fuit missus sanguis ex vena dextri cubiti, vt docet *Auicennas*. Deinde ex utraque saphena fundebatur : alterando interim, & pur-

purgando. Sic enim subleuata fuit natura à sarcina: quia premebatur, sanguinequè imminuto, seminis generatio impedita, atque uterus, & totum refrigeratum.

Ex Pharmaceutico opere Opus fuit incidentibus, refrigerantibus, emollientibus. atque euacuantibus. Quare fuere primo præparati humores syr. primo sine dilutore syr. de cichor., Acetos. simpl. portul. de borag., end. & de pomis redolentibus, cum emulsione sem. citr. Deinde humores deturbati fuerunt. Rx. senne oriental. drach. ij. cinam. parum F. I. S. A. in Aq. totius citri, & facta forti expressione, ac colatura adde man. el. drach. iiij. syr. de polip. comp. drach. ij. crem. tart. drach. j. pulp.

*Circa Morbos Mul.* 93  
pulp. Tamar. drach. ij. M.  
F. P.

His terminatis Balneum  
aquæ dulcis tepidæ alteratum  
*folijs lactucæ, maluæ, altheæ*  
*nimpheæ, vitis, violarum por-*  
*tulacæ iuslerat præscriben-*  
dum, in quo mulier vesper-  
tinis horis per quinque dies  
sine sudore sedebat; Quo  
etiam tempore diluculo su-  
mebat syrups alterantes com-  
positos cum diluto ut *syr. de ci-*  
*chor. comp. de succo endiuia de*  
*acetos. citr., & de Ibisco cum*  
*Decoct lactucæ, end., sumita-*  
*tum maluæ, Quibus succede-*  
bat tale Præsidium & Rhab.  
elect. incisi drach. ij. senæ  
orient. drach. j. aq. totius citr.  
q. s. F. Infus. S.A. & facta exp.  
& calat. Adde manu. electæ  
vnc. ij., *syr. viol. sol. vnc. ij.*  
ex-

*extract.* Heleb nig. scrup. f.  
*confect.* Hyacinthinæ scrup. j.  
 M. F. P.

Internè Aqua B. V. in Agro  
 Patauino , modo *deiectoriè* ,  
 modo *diuretice* per decem  
 dies maximè iuuabat . Pri-  
 ma vice diectoriè cum *vnc.*  
*ijij. mel. viol. fol.* in primo aq.  
 hausta . Secunda vice diu-  
 retice præscribatur cum  
*emuls. seminum mel. & spiri-*  
*tus vitrioli guttulis iiij.* in pri-  
 mo poculo .

Internis , externè addi-  
 derat Balneum aq. dulcis  
 alteratum prædictis plan-  
 tis . A balneo inungebatur  
 totum corpus *oleo amygdali-*  
*no dulci, violato, & unguen-*  
*to ros. mes.* Interim hora  
 somni per vices epotabat  
*emul. sem. quatuor frig. , &*  
*sem.*

*Circa Morb. mul. 95*  
sem. ligni casti, canabis facta  
in aq. destillata succi salicis;  
Sicuti etiam alternatim con-  
seruas maluarum, violarum  
de rosis damascenis deuora-  
bat.


Victus ratio compar sem-  
per fuit medicamentis, & in  
cibo, & in potu. Nam  
*lactuca*, *end. cichor.*, *acetos.*  
& similibus pauci nutrimenti,  
atque vino oligophoro, ac  
tenui vtebatur. Coitum  
hac in re, vt maximum  
remedium fortassis  
præcepisset

*Hipp.*

Cum scribat se multas  
curasse Vit-  
gines  
solo coitus præ-  
cepto.

¶

DE



## DE STERILITATE.

1661. Mense Sept.

**O**bseruauit Dittissi-  
mam, & formo-  
sam mulierem calidi, &  
humidi temperamenti,  
habitus mox, & mox  
pinguioris, & humidioris  
annorum 24. , ex  
familia alias fæcundissi-  
ma natam, Viro robu-  
sto, & sano iunctam;  
qua in cibis erat, &  
potu

*Circa Morbos Mul.* 97  
potu licentiosa , vltæ  
ottosæ cum imminutis  
menstruis , sine ferè  
delectatione in coitu ,  
atque sine seminis in  
vtero retentione . Hinc  
sterilis .

PRæsenti mulieri opitulatus  
rus Practicus Excellentissimus duplicem posse esse  
tam in Viro , quam mulie-  
re sterilitatem explorauit :  
naturalem vnam , præterna-  
turalem alteram : hanc me-  
dicamentis appropriatis , &  
ritè adhibitis curabilem ; il-  
lam vero tanquam connam-  
tam , & à naturæ princi-  
pijs inductam incurabilem .  
E asse-

asseuerauit . Et ne scientiæ labem aliquam impingeret , marem in examen duxit ; hinc cum secundum omnes sui corporis partes benè , & naturaliter se habuerit , semen prolificum supponebatur , penis secundum omnem sui mensuram proportionatus . Si enim fuisset ita exiguus , vt semen in uterum effundere non suffecisset , vel adeo grandis , vt ægrè ab utero fuisset admissus ; sterilitatem ex parte maris ortam confirmasset . At eo omni ex parte perfecto , testimonio etiam filij ante annos furtiuè habiti , reliquum fuit sterilitatem in muliere concludere .

Verum enim vero cum sterilitas , & in fœminis duplex pos-

possit esse : naturalis, & præternaturalis , ad experimentum rei peruenit ductus Authoritate Hipp. v. Aph. 60. ubi experientiam ponit dicens : *Si mulier non concipit , scire autem velis , si conceptura sit , pannis circumtectam defubter suffias ; & si odor videatur per corpus ire ad nares , & os , scito , quod ipsa non ex seipso sterilis est.*

Cum vero modus hic Hippocratis apud Recentiores exoleuerit , in vicem produxit pro experimento pessus paratus *ex alio decorticato petia innolato* , & dormiendi tempore immissus : quo facto cum in aurora diei sequentis saporem , & odorem senserit , spes fuit futuræ fœcunditatis , & sterilitas

100 *Observationes*  
præternaturalis conclusa ;  
Quæ non fuit inducta ab vi-  
cere ; quia signa viceris in  
vtero nunquam apparebant.  
Non ab vteri distorsione ;  
cum semen vitile in uterum  
introducebatur . Non ex  
mutatione situs vteri ; quia  
nec in dextro , nec in fini-  
stro coxendice dolor , & pon-  
dus sentiebatur . Non ex  
occlusione , & angustia vte-  
ri , aut ex obstruktione eius  
vasorum , atque locorum  
muliæbrium ; quia pessò in-  
ducto odorem , & sapo-  
rem sentiebat . Non à cibis ,  
aut medicamentis semen ex-  
tinguentibus : vt mentha , &c.  
quam refert Aristoteles lib.  
20. *problematum* sterilita-  
tem causare ; quia nec ip-  
sa , nec familiares patefecè-  
re .

re. Non à nimio amoris ardore, ob quam rationem.  
*Rbases 9. continent. docet:* semen effundi in coitu antequam sit opus; cum signaua fuerit ad Venerem. Non ex frequenti coitu; qua locus muliebris calum contrahit, atque asperitates amittit, & inde nec semen retinetur; qua hanc ob causam scorta sunt infœcunda. Non denique tussi, aut sternutatione, quæ post congressum solet concitari à prostitutæ famæ fœminis, vt semen excutiatur. Non denique ex immodico calore; quia fuisset totius ariditas corporis, menstrua cum dolore excreta, atque maxima salacitas.

Verum ab utero præhumido temperamento donato;

E 3 ratione

ratione cuins postridie à coitu semen excernabatur, quam rationem, & ipse *Gal.* 1. *de morb. mul.* 27. & 28. proponebat. Ad quod forsan etiam concurrebat omentum os uteri comprimendo, ut docet *Diuinus Senex V. Aph.* 46. quæcumque præter natu-ram crassæ non concipiunt utero; his omentum os uteri comprimit. Nam cibis, & potibus liberalius ufa, otio-sæque vitæ dicata, sensim, & sensim fuit pinguefacta; potior enim, & melior pars cibi, sanguinis, & seminis in pinguedinem, & crassi-tiem omenti, & totius ab-sumebatur; ut *Aristoteles* 1. *de Gen. Animal.* & 2. *de partibus animal.* Cap. 5. scribit. Nec non *Hipp. lib.* de

de Aere, aq., & locis: mulieres Scytarum ob hanc rationem infecundas esse attestatur. Crudior vero, & deterior pars frigiditatem, & humiditatem introduxit; Inde nec semen attrahebatur, nec immissum retinebatur, nec coitu fœmina admodum delectabatur, neque menstrua ad exigentiam exercebat.

Nihilominus conceptus sperabatur, præsertim cum Patiens ad omne præsidiorum genus se promptissimam præstabat. Itaque post perfectam menstruorum expurgationem trium dierum spatio intermisso, totius corporis purgatio instituebatur; quo facto ex fonte Chirurgico eductus fuit sanguis ex i-

104 *Observationes*

coraria brachij dextri, tempore distantia à præterita, ac futura menstrua euacuatione; mox fuit vena pedis aperta, quæ etiam circa finem menstruorum, casu quo defecissent, fuisset seccanda.

Ex Pharmacia pro dicta totius corporis expurgatione omnium primum fuit Rx. elect. lenit. vnc. j. specier. Hieræ simpl. Gal. cremoris tart. anna drach. j. M. F. bol.

Humores præparabantur oximel. simpl. syr. de Core. cier. cum aq. cinam. pro prima, & alijs vicibus; Parati educti fuerunt taliter: Rx. mel. ros. sol. syr. ros. sol. anna vnc. iij. Elect. diaecathol. vnc. s. Aq. flor. citri. q. 5. M. F. potio.

Secunda præparatio instigebatur ex oximell. simp. syr. de

8

*Circa Morb. Mul. 105-*  
*de Eupathor. cum Rhab. in de-*  
*cōctione cichorei, borag. beton.*  
*agrim. petrosel., matricar.*  
*Artemis. per quinque dies.*  
Demum purgabantur, Rx.  
*Rhab. elect. incisi. Agar.*  
*Trochis. anna drach. j. spica*  
*ac Zinziberis parum F. I. S. A.*  
*in aq. flor. citri Q. S. F. expres.*  
*& collaturæ Adde mell. ros.*  
*sol. syr. ros. sol. mannae electæ*  
*vnc. ij. M. F. P.*

His peractis ad primarum  
viarum abstersionem, admis-  
trabatur aq. *Tell. cum suo*  
*dehiculo*, Interim parabatur  
decoctum *in iure galli veteris*,  
*ex guaiaco, china, saffaffras*,  
*additis Capil. Veneris, arte-*  
*mis. Aristolochia, rub. Tin-*  
*ctorum pulegi Calamentb.*,  
cui decocto præmittebatur  
*Conserua maluæ cum sal. Tbc.*

105 Observations  
riacali per 15. dies.

Extrinsicus vtilia fuerunt  
Balnea Aquar. sulphur. Appo-  
pon. pro infessione . Adhoc  
fortassis fecissent Thermæ no-  
straruim partium , vel Sty-  
riacæ prope Cileam , &  
Græcium : quibus summam  
vim inesse Excellentissimus  
Professor meus ANTONIVS  
de POZZIS maximus Phi-  
losophus , & Medicus Græ-  
cij saepe saepius asseuerabat .  
Iuuabant etiam summopere  
peſſi vim habentes , & edu-  
cendi , & exſiccandi vteri  
mucositates , reformati ex  
fol. Hyperici rasur eburis  
ambr. orientali , spica nar-  
di , & cum ſucco Nepetæ , &  
orobi reformati .

A proprietate iuuare cre-  
debatur hoc : Rx rad. Eringij  
vng.

*Circa Morb. Mul. 107.*

*vnc. j. Artemis. M. j. maiora-  
næ M. S. M. in vino bulliant,  
& dabatur ad cyathum vnum,  
præmittendo bolum: ex Tri-  
fera magna Gal. Satirionis in  
vin. malu. à scrup. s. ad  
scrup. ij. Sicut etiam succus  
saluiæ depuratus ad vnc. j. cum  
saccharo mane iejuno stoma-  
cho epotus fuit per plures dies.*

*Extrinsecus inungebatur  
vterus: oleo momordicæ , &  
succo saluiæ cum paucō sale.*

*Illitio quoque ex balsamo  
naturali ante congressum ari-  
debat Proffessori ; sicut etiam  
coitum desinente purgatione  
laudabat. Nam tunc opti-  
mum esse concipiendi tem-  
pus opinabatur ; quia se-  
men facilius à reliquijs men-  
struorum circa cornua vteri  
firmatur. Quamquam Hipp.*


*E 6 lib.*

*lib. de natur. fætus contrarium.*  
 videatur sentire, cum dicat:  
**Non vacuis autem matricibus,** & venis factis à san-  
 guine concipiunt à se mulieres  
 pueros, post menstruorum si-  
 quidem purgationem mulieres  
 maxime concipiuntur in vte-  
 ro. Ex quibus deduco, an-  
 te menstruam purgationem  
 tempus esse magis aptum ad  
 conceptionem, cum uterus sit  
 propter sanguinem mestruum  
 calidior, & hanc ob ratio-  
 nem magis attrahens; Præ-  
 ter, quod ad conceptionem  
 pueri maior dispositio requi-  
 ratur. Igitur uterus ante  
 menstruam purgationem ma-  
 gis est dispositus, cum dixit  
**Hipp.** tunc pueros concipi,  
 post vero purgationem fœ-  
 mellas.

Vetus

Victus fuit exsiccans, & extenuans, potus meracior, & parcissimus, exercitium laudabatur. Sicut etiam latus, & tranquillus animus: qui ad concipiendum, immo ad bonos conceptus edendos, est aptissimus, & necessarius. Cum videmus spurios magna ex parte esse prauis moribus; quia concipiuntur a parentibus, vel timentibus, vel male a animo affectis.





D E V T E R I  
Procidentia.

1661. Mense Nou.

**O**bseruant mulierē quadraginta quinque annorum temperamenti frigidū, et humidi, que multos annos paſſa est pudendorum madorem ferè continuò sine tamen conceptionis inreceptione; bis enim peperit, ac statutis

Circa Morb. Mul. 111

eis temporibus fluebant  
menstrua recrementa,  
tertio tamen ab hinc  
mense persentire cœpit  
pondus in pube cum dif-  
ficultate meiendi, ac fa-  
ces deijciendi: dolor co-  
xae, lumborum, hypoga-  
strij, pudendi, ac ossis  
sacri vicissimurgebat.  
Postmodum retulit unā  
cum obstetricice tumorem  
quasi extensæ pellis ♂  
ad instar ouï matoris  
pondus circa labia pu-  
dendi deprehendi.

IN-

**I**n terim accessitus Vir in Arte Praeclarus: aliquibus exploratis promptè proptulit, in hac Egregia fœmina vteri situm esse mutatum. Et quidem non ad partem superiorem, quia motus localis vteri ad superiora in praecedentibus nostri libelli fuit reprobatus: nisi motum aliquem improprium: quo, sed dilatando, aut constringendo, aut vapores modo ad hanc, modo ad illam partem mittendo; modo hanc, modo illam partem magis lassere videatur, cum Hipp. velimus admittere: qui signa exactissimè describit vteri situm mutantis ad caput, ad cor, ad septum trasuersum, ad iecur, & ad alias partes; quæ etiam ab Hipp. accepta leguntur

leguntur apud *Mercuriale*,  
*lib. 4. de morb. mul.* (*ap. 21.*)  
Non ad latera, nec sinistrum,  
nec dextrum; Non ad dor-  
sum, nec ad coxas, crura, &  
pedes. Verum versus labia  
pudendi, quia tumor ab ob-  
stetricie ad instar oui cuius-  
dam magni tangendo locos  
muliebres depræhendebatur,  
pudendum dolore torqueba-  
tur, calore quodam febrili  
æstuabat, & guttatum vrina  
prodiuit.

Causarum seriem indaga-  
turus Publicus Archiphisicus  
negando procedebat. Non  
enim hunc vteri prolapsum  
factum fuisse asseuerabat à li-  
gamentorum ruptione; quo-  
niam subito, ac derepent-  
ortus fuisset, & maiori cum  
dolore afflixisset, & sanguinis  
flu-

fluxus interdum abseruatus  
fuisset. Non ob pondus ali-  
quod, quo veluti onerosus,  
& grauis factus deorsum  
ruisset : vt *Swicennas* apo-  
stemata omnia causas prolap-  
sus vteri esse credebat ; quia  
nulla talium signa apparuere.  
Non etiam a partu laborioso,  
vel ab abortu, vel a violenta  
Secundinæ exttactione ; cum  
hæc antea fœliciter successe-  
re. Non a ligamentorum  
erosione ; quia nulla stygma-  
ta ulceris fulgebant cum pu-  
ris fluore.

Verum à laxitate membra-  
narum, atque ligamentorum  
facta ab humiditate, vt *Aue-  
roes*, *Moschio*, *Paulus*, &  
*Aetius* præcipuas causas vte-  
ri procidentiæ esse putarunt.  
Nam sensim, & sensim geni-  
tus

tus fuit, & miti cum dolore affligebat propter affuxum humoris pituitosi, quia totum corpus, ac etiam pudenda consimilibus excrementis scatebant.

Intentiones curatiuas ex recensitis deprompsit, ostendendo primam indicationem consistere in repositione vteri: Secundam in eiusdem retentione. Deinde, ut commodius succederet ligamenta laxa, & humiditate madentia dixit exsiccanda, ac adstringenda, euacuando materiam iam genitam sensibiliter, & insensibiliter, & à parte affecta diuertendo, nouæque materiæ prouentum intercipiendo calefacientibus, & corroborantibus, ac modice exsiccantibus viscera naturalia,

116 *Observationes*  
turalia, & partes vteri.

Quos fines non diffidebat  
consequi; quia affectus no-  
uus erat, à ligamentorum  
laxitate prodiuerat, & fœ-  
mina constantibus erat viri-  
bus. In Chirurgicis: præ-  
misso clystere, ac euacuata  
vrina ægram iussit supinam  
collocari in lectulo cum co-  
xis sublimatis, & poplitibus  
reflexis, ac capite quantum  
fieri potuit: demisso, & ob-  
stetricem sensim tua morem  
illum inunctis manibus ap-  
prehendere, vterumque  
introrsum adigere. Linimen-  
tum fuerat. Rx olei masti-  
chini myrt. cydonior. anna vnc.  
.f. vini austeri vnc. iiiij. M. &  
buliant usque ad consumptio-  
nem medietatis. Et vt facilius  
reponeretur cucurbitula sub-  
mam-

mammis, & umbilico fuit applicata. Quibus omnibus parum proficientibus, ferrum ignitum approximabat utero, cuius calore uterus veluti convulsus, retractus fuit ad sua principia. Similiter intestina si prolapsa sunt, ad suam locum redigi docebat, ed oculus tamen, & ipse a *Roderico de Castro de morb. mul. lib. 20. cap. 17.* Postmodum fonticulos inurendos iussit interno dextro foemori, & brachio sinistro.

In Pharmacia parabantur Pessi, & fomentationes adstringentes ad retinendum uterum in proprium centrum iam repositum. *Pessi* in formam Pyri construebantur ex lana succida, vino austero, succo accacie, oleo mast. rosmagidida,

118 *Obseruationes*  
*dida, mox aspersa boli arme-  
ni, mastiches, & roscarum  
rubr. puluere.*

Fomentationibus spatia  
vterina fouebantur: ut *deco-  
etione in vino optimo subad-  
stringenti radicum tormentilæ,  
bistor. consolide maior. Plan-  
tag., Pentaphili, Myrthi  
burſæ past. Millefolij, artemis.  
saluiae, balasſtiorum ex aqua  
fabr orum.*

Deinde toto corpore prius  
vniuersalibus appropriatis re-  
purgato repetitis vicibus, fue-  
ruint preſcriptæ aquæ therma-  
rum ſulphurearum App. &  
quidem dejectoriè ſumendæ  
cum ſuo vehiculo, quoniam etiam  
ex ijsdem aquis *infefſus* im-  
perabatur. Nec non ad  
maiorem corporis exſicca-  
tionem: parabatur decoctum,

ex

ex smilace aspera , lentisco ,  
Viscoquercino , saffafras in iu-  
re galli veteris . Quod per  
plures dies summopere con-  
duxit .

Externè inungebantur re-  
nes vnguento Comitißæ . Item  
vnguento de corticibus casta-  
nearum . Interim non ne-  
gligebatur vietus ratio , supe-  
rioribus semper propor-  
tione respondens .

Hinc incolumis

euasit ,

&

idies conseruabatur  
summa cum sa-  
lubrita-  
te .

)?(

DE

DE DIFFICILI  
fœtus mortui partu.

1662. Mense Martij.

**M**Ulier viginti annorum calid, & humidi temperamenti gruida in octavo mense, nimia hemorrhagiæ narium vexata cum magna uitium iactura; Sanguine tamen violenter cohibito à celebri chymiatro suo valido narcotico, ac refr-

refrigerante Arcano mulier sensim, & sensim cœpit febricitare, lac è mammis fluere ijs mox & mox extenuatis sine cullo fœtus motu, quem tamen antea sæpè sæpius perceperat. His accef- sit oris fætor, aqua & sanies ex utero fœtida, stomachi, & capitis delores, horrores, & animi deliquia.

**M**ulier prope præfinitum partus tempus supradictis symptomatis afflita,

F Me-

Medicos adesse cupijt; ijsque consultantibus ex inditijs satis manifestis statutum fuit: fœtum in vtero mortuum existere; Non quidein à nimia caliditate totius, aut vteri: quâ resolutis tenuioribus humorum partibus, & remanentibus crassioribus ad nutritionem ineptis, alimento fœtus deſtitutus, corruptus fuisset.

Non à ſiccitate: quâ ligamenta veluti chordæ exſiccatæ diſtrumpuntur, & ideo priuatus nutrimento fœtus è vita ceſſet; vt plantæ in terra arida folent exareſce-re.

Non à ſanguinis prauitate, quam ob caufam fœtus in vtero morbum contraxiffet, & indè extinctus fuisset.

Non

Non à copia : quæ suffocat<sup>ur</sup>, ut Hipp. lib. 1. de morb. mul. fieri obortum scribit ; Non à casu, non concussione , aut motibus violentis.

Non ab animi pathematisbus ; Non a nimijs purgationibus fœtum necare valentibus .

Non denique à morbis, seu chronicis , seu acutis : qui à matre communicati fœtuī mortem inducunt ; vt testatum reliquit Hipp. 5. Aph. 30. scribendo : *mulierem morbo acuto corripi lethale.*

Non à tumoribus , & ulceribus in vtero : quæ etiam lethalia esse Idem *Diuinus Senex Lib. supra cit.* scripsit : *In vtero grauidæ si fiat eripelas lethale.*

Verum à defectu sanguinis: id quod etiam attestabantur authoritatibus Hipp.  
5. Aph. 31. nimirum: mulierem utero gerentem sanguine misso ex vena abortiri, & magis si fœus sit grandior. Quid mirum igitur si fœtus copiosa per venas narium sanguinis fluxione, & inde inedia debilitatus interijset? maximè cum octimestris. fœtus: qui grandior, maiori que alimento indigens tantam alimenti ex sanguine materno habiti iacturam non possit perferre, indeque superstes euadere; Eo minus propterea quod spiritus sopiti fuere, ac torpidi redditi, calor influens matris interceptus, calorue exilis ipsius infantis extinctus à medicamento

mento narcotico , ac refrigeraante valido per os exhibito , à Chimico Sua in Arte , medicamentis parandis Viro præclaro , at in medicando nescio quo modo experto , atque fortassis ex numero eorum , qui nec a lumine salutatis magnis Philosophiæ , & Medicinæ Principibus , *Aristotele* , *Galeno* , & *Hippocrate* in periculosissimum medendi mare se se coniiciunt ; vel forsan non recordabatur ( ut eum excusem ) magni maximi Hipp. præcepti in v. Aph. 23. In his frigido vtendum unde fluit sanguis , aut fluxurus est , non ad ipsa , sed circa ipsa unde fluit . Et in Lib. de Aere , Aquis , & Locis , quod frigida ( ut aqua ) absumentes fæmina , nec concipiunt ,

piunt, neque pariunt, nisi cum magna difficultate. Arist. in Lib. de Generatione animal. 40. frigida nocere fætui. Et Gal. 60. de sanitate tuenda, & in lib. de Theriaca ad Pisonem scripsit: narcotica, & frigida, ut Theriaca pueris, senibus, & grauidis non exhibito.

Sanguinis itaque per nares copioso fluxu, & medicamento valde frigido per os exhibito veluti duobus telis confixus laxatis, ac abruptis ligamentis abdominis debilis fœtus immam partem proprio pondere petijt: cuius imbecillitatem significat spontaneus lactis effluxus; ut habemus ex Hipp. v. Aph. 53. dicente; mulieri utero gerenti si lac multum e mammis effluit,

effluit, fætum imbecillem significat. Mammarum etiam extenuatio eiusdem corruptionem Ex eodem *Diuino Senne lib.* supra citato *Aph. 54.* Quæ corrupturæ sunt fætus; his mammæ extenuantur.

Iandem fœtum mortuum detegebatur priuatio motus: quem utero gerens antea sæpè sàpius perceperat, eiusque corruptionem oris fœtor, egrediens ex utero fœtida sanies, ex cuius euaporatione eleuata ad cor animi deliquia, & febres cum horroribus membranofam uteri substantiam, ad caput dolores, vertigines, & alia symptomata sequebantur.

Spes fuit in angusto posita; imminebat enim periculum ex frequentibus typothimijs.

Indicabantur per os apertientia irritantia, foetum mortuum expellentia; Per uterum vero laxantia, & foetum extrahentia.

Itaque statim propinabatur in cyatho aquæ *sabinæ drach.* j. *pulueris compositi ex Sabina*, *Castor. Aristochl.* rotunda, *trochiscis de myrrha anna drach.* j. *cinam. drach.* s. *croci scrup.* j. & quidem tribus horis ante cibum, sub cibo vero semper præstabantur cordialia, *ut confect.* *Alchermes*, *confectio Hyacinthi lapis Betsoar. occidental.* *Mitridatica confectio cum aquis de toto citro scorzonerae, cardui sancti, borrag.* & *Melissa.*

His administratis sternuntatio imperabatur Authores  
Hipp.

Hipp. quæ fœtum mortuum  
mouere, ac expellere potens  
erat : sternutatorium fuit  
confectum ex puluere pire-  
*thri castor.*, *finapi*, ac *vera-*  
*tri* spiritu tamen per os co-  
hibito, & naribus manu de-  
tentis. Interea regio pubis,  
& pudendi inungebatur : vn-  
guento facto ex pul. simul  
commixtis *Galb.* *agar.* *Ari-*  
*stoloch.* *rotun.* *cucumeris syl.*  
*anna drach.* j. cui addebatur  
*ammoniaci dissoluti drach.* j.  
*ol.* *Keirini q. s.*

His actis leniens, & laxans  
medicamentum exhibuit,  
*oleum nimirum amygdala-*  
*rum dulcium nouiter extracta-*  
*rum ad vnc. vj. cum saccharo*  
*violato puluerizato*: quo vte-  
rinæ partes lenitæ, atque la-  
xatæ fuerunt, & sternutatio

130 Observations  
rursum procurata exhibito su-  
prædicto sternutatorio.

Pessus fuit etiam introduc-  
tus qui innunctus fuit *un-*  
*guento facto ex Galb. Opopon.*  
*benzoin anna drach. j. oleo*  
*Keirino q. s.*

Totum abdomen, & late-  
ra illita fuere *oleo liliaceo*,  
*Keirino, & amygdalino*. His  
adhibitis foetus è utero pro-  
cessit.

Ad dolores leniendos pa-  
ratum fuit *ius Alchimilla al-*  
*teratum*; & ad partes corro-  
borandas *decoctum Artemis.*  
*malue, rorismarini absinthij,*  
*myrthi, hyperici.*

Duo magna remedia hic  
placuit adnotare ex *Zacuto*  
*Lusitano de Praxi Medic.* ad-  
mir. lib. 2. obser. 153., & ob-  
ser. 154. ad excludendum  
foetum

fœtum mortuum ab ipso Authore admirabilia dicta, & experta. Primum est vnguentum: quod positum super ventrem, & in perinæo alijs incassū tentatis fætum extraxit. Est autem hoc: Rx Medul. colocynthid., succi colocynthid. viridis an. vnc. j. succi Rutuæ vnc. j. s. Euphorbij vnc. ij. Vnguent, Arthanit. maioris vnc. ij. Myrrhæ drach. vj. olei de Castor., olei Rutæ an. vnc. j. coquantur ad succi consumptionem, & fiat vnguentum. Secundum est Pessarium, quod post applicitum Balneum paratum, & administratum, fœtum mortuum, cum vehementi impetu exclusit. forma Pessarij est hæc. Rx Ammoniac. Opponac. castor. serapin. Ellebor. nigri Staphisagr. Aristol.

132 Obseruationes  
lōch. rotund. Pulp. colocynia  
thid. Scommon. an. scrupu-  
lum j. Euphorb. drach. j.

cum succo Rutæ Ciclamin.  
cucum. Afinin. & felle Tau-  
rino fiat Pessarinum digitalis  
longituninis, & filo allige-  
tur.

Victus ratio fuit facile nu-  
triens spiritus regenerans pa-  
rūm saepeque oblata.



DE

DE FEBRI ALBA,  
seu Morbo Virgineo.

1662. Mense Aprilis.

**O**bseruant Nobilem,  
et Formosam  
Virginem decem, et sex  
annorum, temperamen-  
ti calidi, et humidi à  
primis principijs ; cui  
tribus mensibus parcus  
fluxere menstrua, duo-  
bus vero ab hinc ex to-  
to fuere retenta. Hinc  
faciei,

faciei, genarum, labiorumque cum tumore, et liuore quodam subalbedo fuit exorta, insolita moestitia, cum timore, & difficult respiratione, palpitatione cordis cum arteriarum circa tempora pulsatione; cibi fastidium, debilitas ventriculi, febris lenta continua, intumescentia quedam totius corporis, et præsertim pedum circa malleolos, membrorum gra-

uitas,

*uitas, & facultatum  
omnium languor.*

**A**ccedens Vir Præstantissimus solo intuitu compertum habuit, Egregiam, & Mœstissimam Virginem Virginem Virgineo morbo (quem Alij febrem amatoriam vocant) detineri, quia lente febricitabat, toto quasi corpore tunebat, & viundus faciei color in subalbidum, & liuidum fuit cōmutatus ob crudorum humorum copiam a debilitate ventriculi, hepatis, & lieinis ennatam, quique crudi, & lenti humores sensim, & sensim ad vias vteri detrusi obstruendo, & intercipiendo primo imminutos, deinde ex toto suppressos menses cau-  
fauere.

fauere suppressisque mensibus  
denuo vias communes, &  
viscera obstruendo calorem  
natiuum iam sarcinâ crudor-  
um humorum obrutum in  
profundum debilitatis fepe-  
hiere. Hinc prava in natu-  
ralibus concoctio, & humo-  
rum depuratio, distributio  
impedita, fœda in spirituali-  
bus elaboratio: quo facto  
mœstitia, & timor succrèue-  
re, palpitatio, & arteriarum  
pulsatio, febris, cibi fastidium,  
dolor capitis, faciei fœdus  
color, & totius intumescen-  
tia.

Ex quibus omnibus recte  
deduci potest, Febrim albam  
nihil aliud esse: quam mor-  
bum, vel symptoma cum do-  
lore faciei pallido, virium  
languore, membrorum gra-  
uitate

uitate, cibi fastidio, cordis palpitatione, respiratione difficulti, mœrore, pedum palpebrarum, faciei tumore, œdematoso à deprauata nutritione, & crudorum humorum copia ex viscerum, hepatis, lienis, ventriculi prava dispositione genita, & hinc vasorum circa vteram, & vicinorum viscerum obstructio- ne, ac inde menstruorum suppressione orta.

Verum cum mensium suppressione malorum omnium fons esse possit, & origo ex Diuini Hipp. sententia v. Aph. 57. vbi dicit: *quod mensibus deficientibus morbi fiunt ex vtero.* prima fuit indicatio eos reuocandi, totumq; cor- cus ab humorum vitiosorum colluuie emūdandi, cum etiam  
gau-

pauciores quam fieri oportet,  
vel non eodem semper modo  
euntes purgationem indi-  
cent ex eodem Diuino Sene  
*in v. Aph. 36.* dicente: *mulie-  
ri menses decoloris, nec eodem  
semper modo, & tempore pro-  
dentes purgationem semper in-  
dicant esse necessariam.*

Itaque proposita fuere  
præparantia, deobstruentia,  
& purgantia ex præsidijs Chi-  
rurgicis, Pharmaceuticis, ac  
Diæteticis; in quibus spes ef-  
fulgebat euellendi morbum:  
quia non erat inueteratus, nec  
contumax affectus, quoniam  
florida erat ætas, & ad quæli-  
bet remedia Nobilissima Pa-  
tiens se promptissimam often-  
debat.

In Chirurgia lenita aluo,  
nec non parato, & leniter pur-  
gato

gato corpore crudissimis existentibus humoribus sanguinem educebat, cum ex hoc praesidio luculentum semper sperasset iuuamentum, & quidem per vices ex utraque sphena, inde ad diuertendos humores, vaporesque ab utero ad caput fuit fonticulus inustus coxae dextræ; nec non imminentibus mensibus frictiones pedum, & cucurbitulæ non scarificatae maxime infusum prodiuerant.

In Pharmaceuticis in primis lenita fuit alius medicamentis solidis phlegmagogis ut Rx. Elleæt. lenit. cassia nouiter extractæ anna, drach. iiij. specier. Hier. simp. Gal. drach. ij. crem. Tartar. drach. j. M. F. B.

Præparantia fuere parata  
ex

ex his: quæ calefaciendi, cras-  
fosque humores incidendi,  
& vim attenuandi habent, &  
prius sine diluto ut Rx. syr.  
acet. simp. scyllit. de cort. citr.  
de capill. Ven. anna vnc. j.  
emulsionis sem. cit. q. s. M. &  
sic pro quinque diebus. Pur-  
gantia prædictis lenientibus  
imm xa fuere, & Elect. le-  
nit. drach. v. cum confect.  
Hamech. drach. iij. M. & fiant  
bol. cum host.

Validiora præparantia cra-  
fior materia ex gebat, puta :  
syr. byzant. cum aceto de be-  
ton. composito, de quinque ra-  
dicibus, & capill. Veneris, de  
succo borrag., de cichor. cum  
Rhabar. in decoctione ra-  
dicum, & herbarum ape-  
rientium hepati, & vtero ac-  
commodatarum similiter per  
quin.

quinq[ue] dies.

Interim topicis locus erat  
facultate pollutibus obstru-  
ctiones resserandi partesque  
læsas roborandi. Hinc para-  
tum fuit elegans decoctum  
*ex ligna Guaiaco, visco quer-  
no, ac saffras iniure Galli,  
cum herbis aperientibus pro-  
prijs addito chalybe potabili*  
Magni Ducis Herruriæ præ-  
misso illi quotidie bolo, *ex  
trocbis. de Eupatorio de capa-  
ribus, & de absynthio, & fore  
scrup. j. salis eiusdem per quin-  
que dies.* Cæterum per alios  
quinque dies, & vltra fuerunt  
præscripti *Therebinthæ lari-  
cinæ lottæ, non coctæ in Aq.  
maluarum boli duo ex drach.  
j. s.* Interim bis fuit corpus  
depurgatum *specierum Heles-  
coph. drach. ij.*

A qui-

A quibus maximè conducebant sacræ Aquæ *Apponitanae* sulphureæ deiectorie lumptæ cum suo vehiculo *syr.* *de pol. comp. ad vnc. iij.* in primo cyatho. Duxi sacræ aquæ ; quoniam omnes Aquæ medicatæ sponte nascentes sacræ ab *Aristotele* in suis Prob. ab effectu dicuntur , quoniam facros , ac penè diuinos effectus edunt .

Ad vteri rōbur , ac fortius referandas obſtruções fuit exhibita *triphera magna sine opio, trochisci de myrra, ac radices scorzonerae* , & per interititia *lapis Bezoar cum sale scorzonerae, absynth.* in semi drach. *tripheræ mag. sine opio.*

Iniungebatur etiam vteri regio : *oleo Keirino, tiliior. alb.*  
in

in quibus erant dissoluti *trochisci de Myrrha*.

His omnibus amica succedebat victus ratio, ex cibis facilis concoctionis, celerisque distributionis. *Acetum*, atque eo parata negabantur. Viro tamen nupta si fuisset in hæc vix incidisset. Hinc salubre semper fuit Hipp.

consilium : Virgines Viro maturas

Viris ( in matrimonium dico ) esse concedendas .





DE HYDROPE  
Vteri.

1662. Mensē Martii.

**O**bseruauit Nobilem  
Uirginem anno-  
rum xvij quatuor  
circiter, temperamenti  
calidi, & humid: plus  
iusto; cui ab hinc non  
paruo tempore facies cœ-  
pit colore albo fœdari;  
nares mucosæ fieri, men-  
strua nonnihil suppri-  
mi.

mi , venter circa re-  
gionem vteri , equaliter  
in tumorem mollem , et  
ad tactum facile ceden-  
tem eleuari ; quo sen-  
sim , & sensim gran-  
diori facto excretio mor-  
dinata cuiusdam humi-  
ditatis modo subalbida ,  
modo subrubra obser-  
vabatur , murmura ad  
motum Patientis in vte-  
ro percipiebantur , ob-  
stetrix imposita manus  
persensit circa os vteri  
humiditatem , & ma-

146 Observations  
dorem quendam, tumor  
leuis inguinum, et pe-  
dum apparebat, atque  
difficulter ambulabat.

**R**ogatus accessit Vir sum-  
mi Ingenij SEBASTIA-  
NVS SCARABICIVS, Piæ-  
ceptor meus Collendissimus,  
Medicinae Practicæ Professor  
Pubicus, & facto diligenter  
examine existens parumper  
perplexus tandem protulit  
Venustissimam hanc Virgi-  
nem hydrope uteri labora-  
re.

Non autem tumore fla-  
tuoso, quem *Auicenn. Fen. 2.*  
*Tractatu 4.* vocat inflationem  
matricis; quia sine tensione  
erat, ad pulsus sonus non  
cedebat,

edebatur, & flatus non erumpebant; Nec ea inflationis specie: quam idem *Auicennas* non inflantem *eodem in loco*, vocauit, quia tumor aderat, qui non fuit factus à flatibus in intestinis fluctuantibus; quia rugitus hinc indè non vagabantur, nec cum rugitu crepitus fiebant.

Non tumore aliquo in musculis abdominis; quia ad levem tactum durities aliqua cum dolore fuisset percepta; Nec profundo tactu, & dolor, & durities sentiebatur; quia tumore aliquo inflammatorio ipse uterius fuisset affectus. Inde.

Nec tumore bilioso affligebatur; quia per consensum caput, cor, ventriculus, coxae, & crura laborassent: Et qui-

dem caput, quia adfuerint dolores capitis potissimum in sincipite, dolores oculorum, & colli; Immò in inflammatione vehementi vteri inflantur venæ colli, & quasi contorqueri videtur collum. Cor, quia adfuerint febres, hypothimiae, syncopes. Ventriculus, quia naufragiæ, singultus, vomitus innapetentia. Coxæ, & crura, quia mox talem inflammationem sequuntur dolores, lassitudo eorum, & ineptiudo ad motum maior quam in hydrope, quæ omnia etiam maiora in augmento inflammationis.

Nec erisypellate uterus infestabatur, quia omnia praedita accidentia vehementiora fuissent, febres ardentissimæ, frequentes syncopes, dolor

lor capitis, delirium cum ve-  
hementi rubidine faciei, &  
totius corporis cum pu-  
lis.

Nec tumore scirrhoſo fuit  
affecta, quia in hoc tumor  
tactu durissimus absque pa-  
tientis dolore, nec leui qui-  
dem percipitur.

Nec tumore cancroſo: in  
quo omnia vehementiora,  
quam in tumoribus calidis  
percipiuntur; acerbissimi do-  
lores, syncopes frequentes,  
fudores fiunt, & potissimum  
~~intestinorum~~. Nec viceret  
cancroſo; quia ex utero sanies  
virulenta modo subalbida,  
modo subnigricans fluxisset.

Neque à mola, quia in hac  
pondus maius in immo ven-  
tre percipitur, ac mammæ  
turgent.

150 *Observationes*

Omnium minime vtero gerebat, quia tumor iuxta ventris amplitudinem extendebatur: (quod hydropis uteri est proprium,) At in gestatione uteri tumor acuminatus existit, menstrua ut plurimum non fluunt, quod habetur ex Hipp. v. Aph. 62. si mulieri cessant purgationes, nec febris neque rigor superueniat, & fastidia incidant, iudica ipsam in utero habere. Præter quod in hac Patiente humor quidam sanguinolentus primum nullo seruato ordine fluere, ac cito finire obseruabatur.

Non denique hydrope ventris laborauit; quia carebat siti, & tumor à supernis ad inferna, (& non è contra, ut in hydrope ventris solet fieri) properabat. Ex his:

Igi-

Igitur constabat Egregiam  
hanc Virginem hydrope vteri  
laborare , cum etiam in utero  
aquam colligi posse , & inde  
hydropem fieri docuerit Hipp.  
1. de morb. mul. & in fine lib.  
4. de morb. Aetius lib. 16. cap.  
79. & Auicennas 21. Tertij,  
Tract. 4. cap. 24. quos etiam  
est secutus Mercurialis lib. 4.  
de morb. mul. cap 17. Restat  
solum ennodare causas , & lo-  
cum aquæ continentem .

Causa ergo generationis  
aquæ non fuit hoc in casu  
suppressio menstrui sanguinis  
quo (ut Auicennas docuit . )  
calor nativus naturalium , &  
vteri partium suffocatus loco  
laudabilis sanguinis aquam  
produxisset , vel saltem com-  
mutasset ; Nec nimia , vel  
diurna menstruorum ex-

cretio, quam ob causam debilis vteri calor fuisset dissipatus cum ordinate antea, & laudabiliter procederent.

Non infestationes factæ in rebus refrigerantibus, cum horum usque nullus fuerit. Non abortus; Nec partus; Neque aer refrigerans.

Verum frigida totius, & etiam vteri intemperies facta à cibis, & potibus refrigerantibus; Nam *lactuca latte, fructibusq* delectabatur, non nunquam *frigidæ haustus* placet; quia intemperie introducata primo bebilitas ventricolo accessit: ex quo sequebatur imperfecta chyli elaboratio, inde primarum viarum obstructio, mox hepati: ex quo deprauata, vel diminuta sanguificatio. Tandem vte-

ro: quo facto, & ipse sanguinem in aquam commutabat, & aliunde fluentem tanquam lacuna, & sentina omnium malorum, recipiebat.

Ad locum aquæ continentem quod attinet; profitebatur Vir maximus aquam suisse contentam potius in cunctate vteri, quam in substantia, seu inter tunicam, & tunicam eiusdem; Ex eo quod aliqua portio humoris semper excerneretur, & dum Virgo honestissima agitabatur, mox murmura perciperentur quod si fuisset in substantia, seu inter tunicas obseruatum non fuisset.

Pro recta curatione duplex primarius scopus insurgebat. Primus fuit aquam genitam evacuare. Secundus causas

G 5 ge-

154 *Observationes*

generationis impedire, & quia  
causa immediata fuit frigida,  
& humida intemperies, ideo  
calefacentia, & siccantia  
proponebantur, nec non de  
obstruentia, & roborantia.  
**Cum magna tamen spe salutis**  
quia morbus non fuit inueteratus, nec febris, nec fitis  
aderat, quæ secundum Hipp.  
iu hydrope vteri sunt pericu-  
losa, & Patiens floridæ fuit  
ætatis.

[In Chirurgia solum cannula  
in vteri vaginam immitteba-  
tur, qua occasione portio  
aquosæ humiditatis fluebat.]

In Pharmacia lenita fuit al-  
uus *Ælect. len. dra vj. specie.*  
*Hiera simp. Gal. dra. ij m. f. boll.*  
Præparantia fuere, *syr. calidi*  
propter intemperiem frigi-  
dam, mox sequebatur pur-  
gans.

*Circa Morb. Mul. 155*  
gans, ex Agar. Rhabar. fol.  
ſen. additā manna, & gran.  
duobus. Elaterij.

Repetitæ validioribus præ-  
parationi succedebat purgans  
*expill. cochijs, de mezereon*  
*cum granis Elaterij.*

Euacuatio aquæ in vteri ca-  
uitate existentis tribus vicis-  
sim perficiebatur. Clysteri-  
bus, Suppositorijs, & infessio-  
nibus.

Clysteres in vterum im-  
mittebantur facti ex *mezereon,*  
*laureola, cucumber. syl. Titimak.*  
*calamentbo origon.* Artemis.  
quibus permiscebatur aliquid  
*colocynthidis, & aliquid elebo-*  
*ri albi:* quæ aquam ex vtero  
educebant, ut scripsit *Aui-*  
*cennas.*

Suppositorium hoc fuit.  
*Ex colocynth. helleb. alb. an-*

156 Observationes  
scrup. f. nitri, elaterij annas  
scrup. j. mellis q. f. m. f. sup-  
positorium in vterum immit-  
tendum.

Tandem infessio fuit *in aq.  
thermalibus Apponensibus*:  
quibus ad maiorem efficaciam  
herbæ addebantur: *lau-  
reola, cucumber. syl. titima-  
bus.*

Pro corroboratione denique  
viscerum ac vteri quandoque  
*Triphera magna sine opio  
cum Mithridatica confectio-  
ne, ac sale Artemis. prescri-  
beatur.*

Hic me notare voluit Vir  
Sincerissimus, quod hydrops  
procedens ex suppressione  
menstruorum exigat curatio-  
nem diuersissimam à proposi-  
ta cum *Auicennas* consulat,  
in hac mittendum esse sanguinem,

nem, & agendum prouocantibus menses, atque vrinam. Quare autem in hac sit, & in nostro prædicto casu nulla fuerit indicatio missione sanguinis, ratio est ista: quia hydrops vteri, quæ non prouenit à menstruorum suppressione, habet coniunctam cachexiam. igitur non conuenit sanguinis missio. At è contra esse necessariam experientiâ propria Vir Incomparabilis confirmauit. Curauit enim ante annos Nobilissimam Virginem habitus corporis optimi, in qua manifesta plenitudinis signa apparuere, & vterus fuit aquâ plenus, in quo casu deuenerat ad S. M. ex inferioribus, vt menses prouocaret à quibus suppressis calor innatus vteri suffocabatur, ligbera-

beratus tandem per S. M. ab eo molestia, & onere, fortior evasit, ita, ut amplius sanguinem non corruperit, & in aquam mutauerit.

Mislo itaque sanguine docebat cū *Auic.* agendum esse prouocantibus menses, & diureticis fortibus. Circa *diuretica* iterum duo venerant consideranda *primum*: cur conueniant in hoc casu? *Alterum* quomodo sint administranda.

Quoad *primum* putauit hanc esse causam, quia dum *diuretica* trahunt ad renes se rosam humiditatem, consequenter tollunt materiam: quæ confluens ad vterum vertitur in aquam, ita, ut in hoc casu habeat rationem deri mandi, vel reuellendi potius ab vtero

vtero, & euacuandi materiam, quæ in aquam verti potest.

Circa secundum maior erat dubitatio, quia *Gal. 1. de simpl. Med. Facult. 22.* inquit ea: quæ prouocant lac, & menses, posse etiam prouocare vrinas, sed quæ verè diuretica sunt inquit prouocant solas vrinas, & nequaquam menses, si igitur hoc verum est, & ex *Auicen.* opus sit huiusmodi diureticis, non poterimus satisfacere alteri scopo, ut scilicet prouocemus menses. Ratio est, quia si vtamur solis diureticis veris, hæc prouocant solas vrinas. Si huiusmodi diureticis permisceamus prouocantia menses, ex hac permixtione prouocabitur sola vrina. Nam  
quod

160 *Observationes*

quod fortius est, superabit vim facultatis magis imbecillis : fortior est facultas veri diuretici , quam facultas medicamenti prouocantis, & menses, & vrinas.

In hoc dubio sic discurrebat ex eodem *Gal. 7. de simp. Med. Facult. 13.* ubi dicit, aliqua quæ sunt verè diuretica , ut *meum*, & *aßarum* mouere non solum vrinas, sed etiam menses . Dices , ergo sibi contradicit *Gal.* ex superioris propositis . Respondit *Gal.* intellexisse verè diuretica duabus modis , nempe menses prouocare vel *per se* , vel *per accidens* . Per se verè diuretica nequaquam menses prouocant , quia ut dicit *Gal. 1. de simp. Med. Facult. 13.* hæc diuretica per se incrassant sanguinem,


guinem, intulit ergo mouent menses per accidens, quia cum hæc diuretica sint apprimè calida, consequenter dilatant vasa venarum, & arteriarum, quibus dilatatis sanguis facilius ad vterum confluit.

Vel sic verè diuretica alia ratione menses prouocare per accidens; quia dum sit separatio à calore horum diureticorum serofæ humiditatis à sanguine, funditur sanguis ipse, & dum funditur, sit magis fluxilis, consequenter facilius in vterum confluit, ita ut si permisceatur his veris diureticis aliquæ ex ijs: quæ prouocunt menses, sperandum sit eodem tempore & menses, & yrinas moueri posse.

In simili igitur casu proponit Vir grauissimus huiusmodi decoctum: Rx fol. agrim. Capill. Ven. Puleg. fab. Petrosel. Rad. Petros. assari Apij anna M. j. F. Decoct. S. A. & huiusmodi decocti exhibeantur singulo mane Vnc. vij. Post huiusmodi Decoct. licebit etiam in hoc casu vti purgantibus superius dictis cū Elaterio. Et quoad localia ad euacuantia vteri aquam, omnia supra propofita hic accommodari possunt, non solum intrinseca, sed etiam extrinseca. Omnia emplastra, aut cerota, aur inunctiones: quæ hydropicis ex iecore exhibentur, possunt conuenire.

Victus ex assatis potius quam elixis constabat. Vinum erat mediocre, & paucæ quantitatis.

DE



DE IMMINVTIS  
Menstruis, & sterili-  
tate.

1662. Mense Maii.

**I**llusterrissima, & le-  
gissima Matrona  
23. annorum, ad an-  
imi, corporisque munia  
quam promptissima, pra-  
stantissimæ formæ, ru-  
vidi aspectus, coloris ad  
fuscum vergentis, sine  
conceptu: cui tribus an-  
nis

nis menses imminuti flu-  
xere, & quidem palli-  
di, seu cinerices, crof-  
fi, & veluti caruncu-  
lis conspersi. Hinc do-  
lores in uter regione,  
lassitudines, nausea,  
faciei, pectoris, & cor-  
dis exstuantia, suffo-  
cationes, hypotimia per  
tives, ac interualla.

**F**loruit indemnus Le<sup>tissi</sup>-  
ma hæc Rota à tot mor-  
borum spinis ad vigesimum  
vsque ætatis suæ annum,  
quam vel sola mensium dimi-  
natio iecit in myrhiadem  
ferè

ferè æruminarum , adeo , ut  
absolutissimam Diuinissimi  
**Senis** doctrinam experta co-  
guouerit morbos vteri om-  
nium esse causas morborum .  
Huic itaque tribus annis men-  
ses imminuti fitur re , cum  
tamen in tenella magis ætate  
copiosius deflorebant , & pro-  
uectiori largius effluere de-  
buissent .

Causas huius imminutæ  
mensium purgationis inuesti-  
gans Practicus Excellentissi-  
mus nulla labe tactu depre-  
hensà , nec in regione vteri ,  
neque aliorum viscerum , sed  
omnibus mollibus , & iuxta  
naturæ normam dispositis ; ad  
tria illa viuentibus ingruentia  
decantata ab Hipp in 6. lib de  
morb. vulg. & in 6. Epid. 8.  
Textu 7. Nec non ab Aristó-  
tele

166 *Observationes*  
*sele in 2. lib. de partibus ani-  
mal.*, se se conuertit , ad con-  
tinentia . scilicet , contenta , &  
impetum facientia.

In continentibus , scilicet  
visceribus , & vasis , vti so-  
lùm leues aliquas obstruc-  
tiones suspicabatur ; ita in con-  
tentis , & impetum facientibus  
sobolem affctuum vigere af-  
feuerabat , quandoquidem ex  
immodica efferuescentia iecor-  
is , & cordis , quorum in-  
ditia euidenter fuere depre-  
hensa , superassatus propaga-  
batur sanguis , feruidi succre-  
uere humores , quinimo à ni-  
mio feroore concreuere , & sic  
liberum per angustiam vena-  
rum , arteriarumque vteri def-  
fluxum perdidere . Hinc im-  
minti menses , fortassis sterili-  
tas , & natura sanguine præ-  
ter

ter naturam obruta diuersimodè fuit lacessita .

Spiritus quoque impetum nimirum facientes ex atro , tetroque sanguine coinquanti fumificam subijere naturam : qui ad omnes corporis partes , etiam ad penitiores se se insinuando dolores pri-  
mum in vteri regione , vt in præcipua nocentium sede , & in ventriculo nauseam , pectore , & corde exestuantiam , præssuram , suffocationemque in gula , distensiones vocis , & respirationis interceptionem . Hinc etiam habitus sua natura alias hilaris , & sanguineus , mœstus redditus , & ob feruorem spirituum , & humorum irascibilis facilis negotio euafit .

*Salus expedita remediorum  
dele-*

delectu; & vſu non desperabatur. At conceptio fuit incerta, cum laboriosa plenum opus sit aleæ naſcentia amolliri. Le&tissima enim hæc Matrona, nec ſana vñquam concepit.

Expiari debuit totum corpus, viſcerum, & ſanguinis æſtus contemperari, humores fluidi, vterique vafa peruia reddi, partesque omnes afflætæ contemperari.

Itaque leui quadam moilitione alii facta, aperta fuit vena ſaphena pedis imminentibus mensib⁹, mox definentibus ſecta iterum malleoli vena: idque bis repetitum. Nam ſanguinis miffionem ætas, habitus corporis, iecoris calida intemperies, ipsaque ſanguinis ſubtantia, excandescen-

scentia, imminuti menses, alijque affectus morbosí proficuam decernebant.

Post, & inter hæc Aluus leniebatur *Infus. Ros. sol. cum tremor. tartari permixtis speciebus Hieræ simp. Gal.*

At cum dulcia respuisset, fluidum reddebat corpus ipse *crem. tart. cum iure alterato sem. citr. cichor. beton. borag. cuscus soncho*, & modico *Puleg.* Sic dispositis humoribus, & corpore fluido reddito, purgabat *Infus. Ros. sol. ad quam infundebatur Agar. trocbis. & Rhabar. optimum incisum, & fol. s. n. cum suis correctiis mox serum laetis capr. larga manu propinabatur.*

Iterum paratis humoribus ut supra, purgabat *Eleet. Dia-*

H cathe-

170 *Observationes*  
*Cathol. confess. Hamech, Fol.*  
*sen. addito modico Magis-*  
*ter. Ialappæ.*

Demum altera tantum vice,  
vel post duos dies propina-  
batur *Decoction Epithimi Me-*  
*sues cum lib. duabus sericapi-*  
*ni depurati : in quo madebant*  
*commæ absynthij.*

His fuit corpus ritè ab im-  
puris humoribus purgatum ,  
viscerumque seruor attempe-  
ratus .

Quo factò Aquæ Beatæ Vir-  
ginis cum sua methodo pro-  
ficiebant , tum ad menses , &  
vrinam ciendam , tum ad ip-  
sum conceptum promouen-  
dum , qui tamen hucusque non  
fuit secutus .

Pro infessione *Thermæ* arte  
factæ parabantur scilicet *ex*  
*vino albo , aqua calybeatafä-*  
*brorum ,*

brorum, alterata Alumine & sulphur. nitri, floribus chamaomel. Puleg. matricar. Artemis. sabin. beton. Eupat. sem. Apij cuscus. Melissæ, & consimilibus. hæc infusio raro usurpabatur.

Regioni pubis adhibebantur fatus *ex vino albo*, in quo ebullierant fl. cham. Puleg. fæn. græc. Matricar. beton. Apium flor. Aurant. citr. & his imbuta spongia foveabantur partes. Fervor viscera cohibebatur *succo depurato cicchorei*, & similiump. cum faccharo.


His adhibitis res ex voto cessit, nec fuit necesse Illustrissima Dominam pluribus defatigare. Cardiaca solùm vterina, seu confortantia offerebantur, & quidem ea quæ

172 *Observationes*  
in similibus consuluit Hipp. vt  
suat Puleg. *castor. Theriaca,*  
~~&~~ *Thriphera.*

Victus sanguinem generans  
non adhibebatur. At *vina*  
*lymphata*, & omnia *cedro*  
alterata fuere proficua, mo-  
deramen in sex rebus  
non naturalibus fer-  
uabatur, me-  
lancholia,  
atque  
solicitudo debuit  
deuita-  
ri.



DE



DE SIMILITUDINE  
& Dissimilitudine

INTER FILIOS,  
& Parentes.



Riplex similitudo a Gal. 2. de semine cap. 5. constituitur : quam ego diuidō in similitudinem secundum *speciem*, & secundum *individuum*. prima est, cum homo nascitur similis homini, equus equo, & sic de qualibet specie. Secunda similitudō nempe secundum individuum iterum duplex est ; vel enim

H 3. si-

similirudo est secundum sexum v.g. quando mas assimilatur mari, fœmina fœminæ, vel est quoad accidentia, in qua filij oriuntur similes parentibus, aut secundum eosdem colores, aut mollitatem, vel duritatem, & secundum ea: quæ ad conformatiōnem pertinent, secundum magnitudinem, numerum situm, &c.

Loquens *Gal.* de prima similitudinis specie 2. *de sem. cap. 2.* docet fere totā causam huius similitudinis tribui a matre, rationem affert, quia hæc similitudo proficiscitur à materia ipsius fœtus, maiorem autem portionem materiæ tribuit fœmina, quam mas propter ea causa præcipua huius similitudinis est fœmina. Quoad secundam similitudinis spe-

speciem in eodem 2. de sem.  
cap. 5. refert in vehementiam,  
vel defectum caloris. Si enim  
calor in speciei exuberet, do-  
cet hac ratione mares gigni  
deficiat, fœminas. Rationem  
affert, quia fœmina est mas  
imperfectus, dum ergo fit  
conceptus, si calor exube-  
ret, inquit *Gal.* partes ex-  
tra corpus mitti, & sic ma-  
rem constitui, si deficiat  
retineri has partes, & fœmi-  
nam oriri.

Quoad tertiam similitudi-  
nem locis supra citatis doce-  
bat *Gal.* hanc proficisci à fa-  
cultate formatrice, & quia  
facultas formatrix quandoque  
fortior est in semine viri,  
quam in semine mulieris.  
Hinc, docet ipse, sequi si-  
militudinem secundum effi-

giem modo Patris , modo  
Matris.

Circa primam similitudinis speciem ad *Gal.* sic argumentor : id propter quod homo est similis homini , est id, quo homo ab omni alio differt, sed homo differt ab omni alio propter formam substantiam, nempe propter animam rationalem, ergo causa similitudinis primæ speciei est forma substantialis , & non materia , ut doctissimus *Galenus* docuit .

Quoad secundam speciem similitudinis *Gal.* non contradico cum *Auicennas* quoque *21. tertij Tract. 2. cap. 2.* fuerit huius sententiæ , nec ullam aliam causam ponit , quam calorem . Et licet *21. tertij cap.* de causis masculinitatis plures

*Inter filios, & parentes.* 177  
plures causas videatur recensere: quæ concurrunt ad maris productionem, omnes tamen eo diriguntur, ut calorem augent.

In tertia similitudins specie quero ex Galeno; cur mulier ex se concipere nec imperfectum quidem fœtum possit? cum doceat facultatem formatricem consistere etiam in semine muliebri. Dicet, facultatem in semine muliebri debere ad actum reduci à formatrice facultate existente in semine virili. Dico ego, ergo formatrix in semine virili est semper fortior, cum possit formatricem in semine muliebri existentem reducere ad actum; consequenter filios semper debere esse similes patri.

H 5 A

Antequam in hac tertia similitudinis specie dicam, quod sentio: Suppono primum Formatricem nihil aliud esse quam potentiam: per quam materia iam alterata recipit formas cuiuscunq[ue] generis, sive sit forma mixta, sive forma animæ vegetabilis, aut sensitivæ, aut rationalis. Subiectum autem formatricis est id, quod prius fuit alteratum, hoc autem nihil aliud est, quam semen virile, muliere simul commixta secundum partem magis spirituam. Vnde sequitur quod sanguis menstruus non sit subiectum facultatis formatricis.

Suppono Secundò similitudinem inter effigiem consistere in his: quæ sequuntur temporas

peramentum, & his quæ ne-  
cessario accidunt, & extrinse-  
cus conspicuntur; organis  
quatenus ex Sanguine con-  
stant. Nam hæ partes extrin-  
secæ in quibus, & qualitates  
primæ, & secundæ, & quæ ne-  
cessario apparent, ut sunt or-  
gana, ex fanguine menstruo  
constituantur.

Circa hæc & illud animad-  
uerto, quandoque filios in his  
omnibus propositis patri si-  
miles esse, aut matri, aut auo,  
vel attauo; sic aux, & attaux.  
Quandoque vero similes oriri  
quibusdam externis: cum  
quibus nulla est affinitas.  
Si ideo sit de similitudine fi-  
liorum ad parentes secundum  
omnia, fine dubio hæc redu-  
citur ad facultatem formatri-  
cem, ut propriam causam.

At quia hæc similitudo in multis est varia, propterea facultas formatrix non uno, & eodem utitur instrumento ad producenda hæc omnia, in quibus est similitudo positæ. Instrumenta autem sunt varia, & non alia, quam ea: quæ continentur in spiritu seminis ( quem dixi esse subiectum facultatis formatricis ) in hoc spiritu aliqua continentur actu, nonnulla verò potentia; actu continetur calor. Potentia vero formæ mixta similaris, vel dissimilaris, anima vegetabilis, & iensitiua. Quod continetur calor tanquam instrumentum formatricis docuit *Auicenna* 2. de gener. *Animal.* 3. ubi docet inesse in semine, qui facit ipsa fœcunda calorem: qui non

est.

**T**inter filios; & parent. 181  
est ignis, sed spiritus in sp̄mo corpore contentus .  
Quod etiam continetur for-  
ma mixti similaris, & orga-  
nici declarauit pariter *Au-  
cen.* 2. *de Gen. Animal.* 1.  
vbi cum dixisset molliciem ,  
& duritatem fieri à calido ,  
aut frigido, subdit formam ;  
quà os, aut caro est tale ,  
non à qualitatibus primis ,  
sed à motu : qui est in po-  
tentia in semine, actu autem  
in generante , proficiisci .  
Quod etiam in eodem semi-  
ne continetur in potentia  
anima vegetabilis , & sensi-  
tua est apud *Anicen.* manife-  
stum in illo 2. *de Gen. Ani-  
mal. cap. 3.* vbi docet etiam  
formas: quæ vtuntur corpo-  
re tanquam instrumento præ-  
exilere in potentia in semine,

eo quod operatio eorum non sit absque corpore ; talis autem est anima sensitiva , & vegetabilis ergo .

De anima rationali non est quod loquar , cum haec sola extrinsecus adueniat , eo quod eius actio nihil habeat commune cum corpore .

In spiritu igitur : qui est facultatis formatricis subiectum , est calor in actu , & forma mixti similaris , & organici , nec non anima vegetabilis , & sensitiva in potentia : quibus sic statutis similitudinis causae possunt assignari .

Quod attinet ad ea : quæ consequuntur calorem , molitiem , & duritatem atque id genus , dico huiusmodi similitudinem prodire à temperamen-

mento ipsius feminis: quo uti-  
tur facultas formatrix tanquā  
instrumento ad hæc acciden-  
cia producenda. Si enim tem-  
peramentum admodum cali-  
cum fuerit, generatur fœtus,  
& siccior, & durior, & in qua-  
litatibus secundis in colore, aut  
niger, aut fuscus. Si tempera-  
mentum frigidum, & humidū;  
sequitur oppositum, nempe  
mollities quædam, color al-  
bus, atque lenis, & hinc factum  
est quod mares ut plurimum  
nigriores, & minus molles  
sint, quam fœminæ.

Quoad similitudinem: quæ  
in organicis consistit, in con-  
formatione, magnitudine, situ,  
& numero. Si hæc similitudo  
filiorum sit ad parentes, pro-  
culdubio prodit a facultate  
formatrice: quæ vtitur pro in-  
stru-

strumento forma mixti, organici, quæ continetur in potentia in semine. Cum enim semen constat ex reliquijs eius alimenti : quod debebat verti in substantiam partis, consequenter recipit omnes qualitates eius partis, eandem conformatiōnēm, magnitudinem, situm, & numerum, quia, quod tale est in potentia, si reducitur ad actum, non nisi tale producitur ; nisi quid impedit, ut angustia uteri comprimendo fœtum, diuersam figuram introducit.

Cum vero quandoque in his : quæ necessario accidunt filij potius similes sint avis, aut Attaavis, similem rationem assignauit *Auicen. 4. de Gen. Animal. C. p. 3.* ubi docet in semine seruari has omnes for-

mas usque (ut nonnulli putant) ad quartam generationem. Cum ergo haec potentia retineatur in semine, dicunt hi ex *Aristotelis* sententia: vis formatrix seminis conatur reddere foetum similem patri, quod si non potest efficere reddit similem aucto, quia habet potentiam non solum patris, sed aui, si nec hoc reddere valet saltem similem reddit attaucto, propter eandem rationem.

Similitudo morum similiter prodit à facultate formatrice in quantum utitur formâ substantiali pro instrumento: quae in tantum est in potentia in semine, in quantum est apta informare corpus organicum.

Si nascantur filii similes nec patri, nec matri, sed externis, causa

causa in facultate formatrice non est, quia ab externis nihil simile traditum est: Quare in hoc casu duplex causa concurrit, *Vna* ex parte sanguinis menstrui, *Altera* ex parte vteri, qui comprimendo ut dixi, vel aliam ob causam formam reddit diuersam. Ex parte sanguinis menstrui prodit hæc similitudo, quando ita resistit sanguis menstru. facultati formatrici, ut forma: quæ inducitur sequatur potius leges materiæ, quam agentis. Duplex autem est ratio huius resistentiæ ex parte materiæ; una est actio facultatis alteratricis. Secunda imaginatio varia mulieris concipientis. Si facultas alteratrix ita agit in hanc materiam sanguinis menstr., ut eius partes vel du-

riores efficiat, vel molliores, quam pars sit, non est mirum si facultas formatrix id, quod deberet esse currum, faciat rectum ob resistentiam materiei propter duritatem, & è contra illud faciat curuum, quod deberet esse rectum ob eiusdem materiei mollitatem.

Imaginatio plurimum mutat effigiem, quia mulier dum concipit, si animo voluit varias imagines, vel si fortius fiat impressio, ut fit in aspectu alicuius imaginis, imprimitur quoque species eius imaginis in spiritibus, & quia spiritus una cum sanguine menstruo ad producendum, & nutriendum fœtum concurrunt, fit, ut eandem formam in se recipiat fœtus, quæ formâ fuit signatus sanguis ille, & spiritus.

Prop.

Propterea docet *Auicenna* 2: *de Histor. Animal.* mulierem quandam concepisse Æthiopem ex inspectione cuiusdam Æthiopis. Hinc etiam:

Reddi potest ratio de *stigmatibus* in infantibus. Nam fortis imaginatio rei vehementer desideratæ speciem signat in spiritu, & sanguine: qua signatus tendit ad nutriendum conceptum, quo nutritus talem rei appetitæ formam repræsentat. Quod autem in illius partis spiritu, & sanguine: quam manibus contrectavit mulier, imprimitur potius species, est hæc ratio; quia per contrectationem rarefit sanguis, rara factus facilius talem suscipit formam, quæ signatus formæ tendit ad nutriendam eandem.

fœ-

foetus partem: in qua talem speciem suscepit; quia partes determinatae infantis nutriuntur ex sanguine mulieris decidente a partibus determinatis. Hi, & omnes mei labores cedant ad laudem, & gloriam S.S. TRINITATIS, Beatissimæ Virginis MARIAE, Miraculoso ANTONII Pat., omniumque SANCTORVM honorem, meiq; proximi commode diuin atque salutem.

*Hec ego conscripsi Lector iuueniibus annis,  
Etis, ac tempus fors meiora dabit.*

IN:


## I N D E X.

De Passionibus Ma- tricis	fol.	3
De Hysterica Pas- sione		10
De Fluore Muliebri		23
De Fluxu Menstruo- rum		35
De Retenta Secun- dina		45
De Dolore Vteri		56
De Suppressione Menst.		65
De Furore Vterino		81
De Sterilitate		91
De Vteri Prociden- tia		110
De Difficili Foetus mor-		

I N D E X 191

mortui partu	120
De Febri Alba seu morb. Virg.	133
De Hydrope Vteri	144
De Imminutis Men- struis, & sterilit.	163
De Simil. & dissimil. inter filios, & pa- rentes	173
De Stigmatibus In- fantum.	188

F I N I S.





23743